Universitätsbibliothek Wien
I
184.601
A
4

007 22

N. A. 1. S.

Mit der Charte von Wien

# BREVIS NOTITIA
## URBIS
# VINDOBONÆ
POTISSIMUM VETERIS
EX
## VARIIS DOCUMENTIS
COLLECTA.

EDITIO ALTERA
EMENDATA
ET ALTERUM TANTUM AUCTA
AB IPSO AUTHORE

LEOPOLDO FISCHER,
SOCIETATIS JESU SACERDOTE.

PARS QUARTA.

---

*VINDOBONÆ,*
EX TYPOGRAPHEO JAHNIANO.

M. DCC. LXX.

BIBLIOTH. UNIVERSIT. VINDOBONENSIS.
I
104181

# LECTORI.

Finio augere, finio emendare, finio illuſtrare brevem Notitiam Urbis Vindobonenſis, non finiturus; ſi omnes pias (ut dici ſolent) fundationes, quæ in civitate noſtra, & plurimæ ſunt, & ampliſſimæ, recenſere licuiſſet. Adfero hic omnes, quæ in urbe noſtra proſtant, & quas nanciſci licuit, inſcriptiones. Aliquæ ex his antiquam ſimplicitatem, aliæ Auſtriacam pietatem, aliæ majorem ſapiunt eruditionem Utramque ferme paginam faciunt templorum epitaphia, quorum notitiam potiſſimum debeo celſiſſimo S. R. I Principi Joanni Wilhelmo à Trautſohn, Comiti in Falckenſtein, aurei Velleris Equiti, Auguſtæ M. Thereſiæ aulæ Præfecto, Conſiliario intimo, ac Provinciæ Auſtriæ inferioris Mareſchallo, qui pro innata, ſingulari humanitate ex ſua Bibliotheca mihi copiam fecit Manu-

ſcripti cujuſpiam, complectentis inſcriptiones, & ſepulturas in pluribus Viennæ Eccleſiis conſpicuas, adjectis etiam gentilitiis ſcutis, usque ad annum 1630. perducti. Fateor multa in id menda irrepſiſſe compilatoris negligentia, qui ubique eodem charactere, numerisque Arabicis, ac utrisque ſæpius non accuratis utitur. Ex hoc MS plurima monumenta non excerpſi, quia integrum tomum impleſſent; ſed ea ſolum, quæ data hactenus Vindobonæ Notitia adnecti poſtulabat. Excerpta, quantum licuit, emendare ſtudui; eaque non ſecundum ordinem Necrologicum; ſed ſecundum ordinem, quo in MS. ſita eſſe indicantur, multis tamen intermiſſis, recenſui. Reliqua omnia prælo ſunt digniſſima; ſed eruditiſſimum Editorem exposcunt. Ego manum de tabula. Vale! Neque aliam deinceps editionem, aut elegantiorem, aut ſine additionibus, vel emendationibus à me exſpecta; ſi enim omnia loco ſuo hodie inſerantur, cras nova documenta emergent, quæ ſine veræ Notitiæ jactura omitti non poterunt.

IN-

# INDEX CAPITUM
## QUARTÆ PARTIS.

### CAPUT I.

Tabula Ichnographica Urbis Viennenſis explanata, pag. 1.

### CAPUT II.

Inſcriptiones ex pomæriis legendæ. pag. 15.

### CAPUT III.

Inſcriptiones, quæ mœnia inambulanti occurrunt. pag. 28.

### CAPUT IV.

De iis, quæ in urbe videnda vel legenda proſtant, à Turri rubra usque ad Portam Scotorum. pag. 30.

### CAPUT V.

Quæ à porta Scotorum ad portam palatinam usque, digniora conſpiciuntur. pag. 43.

### CAPUT VI.

Quæ à porta Aulica ad Carinthiacam lectu digna videntur. pag. 74.

### CAPUT VII.

Quæ à porta Carinthiaca usque ad coemeterium S. Stephani obſervanda. pag. 62.

CAPUT VIII.

De coemeterio & templo S. Stephani. pag. 71.

CAPUT IX.

Reliqua à coemeterio S. Stephani ad portam Stubarum, & inde ad Rubram turrim. pag. 141.

CAPUT X.

A rubra turri per interiorem urbis ambitum usque ad forum ab aula dictum. pag. 145.

CAPUT XI.

A foro aulico ad forum altum, ſeu piſcarium. pag. 148.

CAPUT XII.

A foro alto, ſeu piſcario ad centrum usque civitatis. pag. 160.

*Addenda, vel emendanda.*

Parte I. pag. 177.

Parte II. pag. 180.

Parte III. pag. 188.

Parte IV. pag. 212.

Der

Der alten Stadt Wien Grund-Riß wird zu End dieſes Theils eingeſchaltet.

# BREVIS NOTITIA
# URBIS VINDOBONÆ
## POTISSIMUM VETERIS.

## PARS IV.

### CAPUT I.

*Tabula Ichnographica Urbis Viennenſis explanata.*

A. Rot-Thurn.

B. Saltz-Thor.

C. Beratſchlagte Paſthei durch Auguſtin Hirsfogel. *Modo propugnaculum Novum.*

D. *Locus, ubi nunc porta Nova.*

E. *Vaſta turris in aula Paſſavienſi inferiori.*

F. Werder-Thor. *Nunc antiqua turris in Armamentario navali.*

G. Beratſchlagte Paſthei durch Auguſtin Hirsfogel. *Hodie propugnaculum ab Exilio dictum.*

H. Juden-Thurn.

I. Schotten-Thor.

K. *Propugnaculum Mellicenſe.*

L. Röm. Königlicher Mt. Paſthei. *Nunc propugnaculum Leoninum.*

M. Burgckh-Paſthei. *Nunc Spanier, infra quod porta Palatina.*

N. Herrn Lienhard Freyhern von Fels ſeeligen beratſchlagte Paſthei. *Modernis propugnaculum Carinthiacum.*

O. Kerner-Thor.

P. *Turris vulgo Carinthiaca.*

Q. Heiners Paſthei zu erweitern. *Modo propugnaculum a fonte artificiali dictum.*

R. Im Winckel ein Kaze, inwendig der Stadt zu machen, durch Auguſtin Hirsfogel beratſchlagt.

S. Jacober-Paſthei zu erweitern. *Nunc propugnaculum Braunianum.*

T. Stuben-Thor.

U. Prediger-Paſthei.

W. *Turris Fibri, ubi olim porta civitatis. Nova nunc ibidem porta excitatur, a Telonii domo, Zollthor compellanda.*

X. Piber-Paſthei zu erweitern.

Y.

Y. *Turris Bufonum.*
Z. *Pharus. Seu Fachthurn.*
1. *Küſſen-Pfenig.*
2. Schabenrüſel.
3. *Gäſsl beim Rädl.*
4. *Kazen-Steig. Vulgo.*
5. *Templum SS. Trinitatis.*
6. Am Kienmarckt.
7. S. Ruprecht.
** *Warer Kazenſteig.*
8. Prager-Haus.
9. Sieben Schwinbögen.
10. *Carmeliterinen.*
11. Rot Krois.
12. Zum blohen Hecht.
13. *Roſmarin-Gäſsl.*
14. Auf der Fiſcherſtiegen.
15. Am Salzgries.
16. Unſer Frauen Kirch.
17. Auf Unſer Frauen Stiegen.
18. Auf der Goldſchmid.
19. *Armamentarium navale inferius.*
20. Im tieffen Graben.
21. Auf der hohen Brucken.
22. *Templum PP. Theatinorum.*
23. Im Elend. *Nunc armamentarium navale ſuperius.*
24. Salzburger-Hof. *Hodie armamentarium Cæſareum.*
25. *Renn-Gaſſen.*

26. Aufm Steinfeld. *Hodie auf der Freyung.*
27. Schotten-Kirch.
28. Schotten-Hof.
29. Ainfeld-Straſs. *Aliis Teinfalt-Straſs: utrumque ex abuſu Vulgi. Mihi Steinfeld-Straſs ex vicino loco Steinfeld nuncupato. In Necrologio tamen PP. Minorum Conventualium, Tom. II. P. Hieronymi Pez, columna* 477. *ad A.* 1369. *ſerius nempe*, legitur Tunvoit-Straſs.
30. *Roſen-Gäſsel.*
31. Die vorder Schenck-Straſs, *ſeu Pincernarum*, vor Zeiten Wendlerſtraſs, *ſeu Textorum, ut opinor. Nunc die kleine Schenckſtraſs.*
32. Die hinter Schenck-Straſs. *Nunc die groſſe Schenckſtraſs.*
33. *Freyd-Hof.*
34. Zum innern Brüdern.
35. Land-Haus.
36. Die Hoch-Straſs. *Hodie platea Dominorum.*
37. *Sacellum Harrachianum.*
38. *Sacellum Liechtenſteinianum.*
39. Schaufel-Gaſs.
40. Siller-Hof. *Videtur in hac domo fuiſſe conſervatorium rei tormentariæ, ad Duces Auſtriæ ſpectantis; ita enim Cuſpinianus in ſuo Diario MS. ad* 18. *Julii Anno* 1525. *refert:* Media nocte incendium

dium in domo Artalariæ Principis, quæ vulgo dicitur domus Cilii, quod 416. domos abſorbſit: *Inter quas notatu digniores primo loco recenſet Templum St. Michaelis; exorto nempe igni vicinum.*

41. Das neu Spital.
42. *Sacellum S. Catharinæ.*
43. Der Rö. Kn. Mt. &c. unſers allergnedigſten Herrn Burgckh.
44. Rö. Kn. Mt. Zeug Haus. *Nunc Stallburg.*
45. Auguſtiner-Gaſſen.
46. Graf von Salm. Nider-Oeſterreichiſche Canczeley.
47. Auguſtiner-Cloſter.
48. Schwein-Marckt.
49. Burger-Spital. *Olim Monaſterium Virginum S. Claræ.*
50. St. Clara.
51. Am Roſ-Marckt.
52. *Comoedie-Gäſsel. Pone domus comica. Ex altera parte Porta Carinthiaca urbem reſpiciens.*
53. Kerner-Straſs.

*Nota! Platea hæc non à Carinthis vel Carnunto, dicta; ſed à frumento, ut reliquæ ab opificibus, vel merce ibidem venali. Neque à coemeterii S. Stephani, Carnario ſeu Oſſuario; in antiquis enim*

*documentis nunquam Cärner: ſed Kerner-ſtraſſe compellatur.*

54. Krug-Straſs.

55. In der Pipinger-Straſs. *Modo platea S. Annæ.*

56. St. Anna, *cum domo peregrinorum: hodie Domo Probationis S. J.*

57. St. Johans. *Melitenſium.*

58. St. Johans-Gaſſen.

59. *Templum & Aſceterium Sociarum S. Urſulæ.*

60. Aufm Rauenſtein.

61. Trabaten-Straſs. *Proprie Traubotten-Straſs, vel Traibotten-Strazze; ut habetur in Protocollo Hoſpitalis Civici, ad annum* 1305. *In literis Gertrudis Magiſtræ Sancti-Monialium ad Portam cæli, datis A.* 1272. *legitur:* in platea Traibotonis. *V. Bern. Pez. Cod. Dipl. P. II. p.* 120.

62. Aufm Steig.

63. Himelporten.

64. Auf der Dagken. *Nunc Ballgäſsl.*

65. In der Weichenburgck.

66. *Franciſcaner-Pläzl.*

67. S. Jeronimo.

68. *Seilerſtatt.*

69. *Filz-Gäſsl.*

70. *Jacober-Gäſsl.*

71. St. Jacob.

72. Römer-Straſs, *vel Riemer-Straſs, ſeu Lorariorum, quod verius; plurimæ enim Viennenſes plateæ ab Artificibus nomen ſortitæ ſunt: nullæ à nationibus.*
73. *Kumpf-Gäſsl.*
74. *Gaſthaus bey der neuen Welt.*
75. *Beim grün Anger.*
76. Parfotten. *Hodie Virgines S. Claræ ad D. Nicolaum.*
77. Vor Zeiten untern Schloſern, in der Sininger-Straſs.
78. Blut Geſsl.
79. Deutſch Haus.
80. *Diebs-Gäſsl. Olim fors Raubergäſsl, ut legitur in literis Hainrici Perger, datis die SS. Philippi & Jacobi, An.* 1404. *Tab. Præp. Vien.*
81. Burger-Schul. *Ibidem hodie ſacra Curia.*
82. *Sacellum Defunctorum.*
83. *Templum S. Magdalenæ.*
84. St. Stephan.
85. Biſchofs-Hof. *Cum Sacello S. Andreæ.*
86. *Aula Zwetlenſis, & Sacellum S. Catharinæ.*
87. *Strobel-Gäſsl.*
88. Die Schul-Straſs.
89. *Die kleine Schuler-Straſs.*
90. Juriſten-Schul, *cum Eccleſia S. Ivonis, PP. Piar. Schol.*
91. St. Anna-Hof.

92. Die Wolzeil. *Seu Strata lanarum, a lanæ opificibus; ut habetur in literis fundationis Scotorum, ab Henrico Jaſomirgott datis. Idem nomen deinceps etiam ſæpius occurrit; ut An.* 1283. *apud Abbatem Linck. pag.* 443. *& in literis Greg. Pruntaller, datis die Mercurii ante S. Margaretæ An.* 1449. *Tab. Præp. Vien.*
93. *Die Stuben-Gaſſen.*
94. Zum Predigern.
95. *Dominicaner Plätzl.*
96. Der Stadt Zeughaus.
97. In Sau-Winckel.
98. St. Lorenz.
99. Am alten Fleiſchmarckt.
100. *Lorenzer-Gäſsl.*
101. *Drachen-Gäſsl.*
102. *Weiſen Wolf-Gäſsl.*
103. Heiling Kreuzer-Hof.
104. Gras-Hof.
105. *Gäſsl beim gelben Adler.*
106. *Sauer Kraut-Gäſsl.*
107. Untern Hafnern.
108. Auf der Muſter.
109. Aufm Steig.
110. Gulden Hirſch.
111. *Raben-Gäſsl.*
112. Auf der Schüt. *Nunc auf dem Bergl.*
113. Rot-Gäſsl.

114. Koch-Geſsl.
115. Fiſch-Hof.
116. Am hohen Marckt.
117. *Juden-Gäſsl.*
** *Berghof. Vulgo antiquiſſima domus.*
118. Ad Salvatorem.
119. Rat-Haus.
120. Zum Sieben Brunnen.
121. Bilbinger.
122. Wildperger-Straſs. *Proprie Wildwerker-Straſſe, ſeu Pellionum; ut habent literæ Leonardi Pudmanſtorffer, Conſulis, datæ 1518. Tab. Præp. Vien.*
123. *Cancellaria Auſtriaca & Bohemica cum Sacello S. Franciſci & Thereſiæ.*
124. Untern Felbern.
125. Schilter-Geſsl.
126. Juden-Plaz.
127. Schul-Hof.
128. Juden-Geſsl. *Hodie Current-Gäſsl.*
129. *Pariſer-Gäſsl.*
130. Im Lederer-Hof, *ſeu beym 7. Häuſern.*
131. *Ferber-Gäſsl.*
132. *Armamentarium Civitatis.*
133. An dem Herzogen-Hof.
134. Weiſſen Brüder. *Modo templum, & Domus Profeſſorum S. J.*
135. *Jeſuiter-Plätzl.*
136. *Seitzer-Gäſsl.*

137. Bey der Holder-Stauden.
138. Pogner-Straſs.
139. Nagler-Geſsl.
140. *Das Neu-Baad.*
141. Har-Hof.
142. Hinter St. Pongrez.
143. Do der Haid Schieſt. Vorhin aufm Kiel.
144. Aufm Bühel.
145. Aufm Miſt.
146. Strauch-Geſsl.
147. Do der Wolf den Genſen predigt.
148. Walchen-Straſs. *Non Italorum, ut habet Lazius; ſed Walcke, vel melius Walche-Strazze; ut legitur in Regiſtro Monialinm S. Claræ ad A.* 1330. *Adeoque platea Fullonum.*
149. *Domus Venationis S. Leopoldi. Hodie Palatium Principum Eſterhazy.*
150. *Liechtenſteiniſches Gäſsl.*
151. Am Kolnmarckt.
152. S. Michael.
153. *Groſs Paternoſter-Gäſsl.*
154. Peiler-Thor. *In literis Tabularii Hoſpitalis Civici, datis die Mercurii poſt S. Udalrici, A.* 1305. *legitur:* Hans Greif, & ejus uxor Perchta peu Peurer Purgetor. *Quam portam voces hæ indicent, non liquet: ego nihil eorum omittere volui, quæ etiam contra me facere poſſent.*

155. Untern Spenglern.
156. Hub - Haus.
157. *St. Peters - Gäſsl.*
158. *Aula Seitzenſis cum Sacello.*
159. Alt Zeug - Haus. *Hodie beym Schönbrunn.*
160. *Milch - Gäſsl.*
161. *Ofenloch.*
162. Untern Sadlern.
163. Tuch - Leden.
164. Burger - Schran. *Prætorium civitatis antehac erat pone templum S. Petri; ſic enim legitur in Regiſtro Monialium S. Claræ pag. 230. ad annum* 1314. An S. Peters - Vreithof am eckke gen der Schranne über.

*Ubi autem ante annum* 1324. *Curia civitatis fuerit; nondum deprehendi: aliqui ex interiori ſtructura ſtatuunt domum è regione Coloſſi SS. Triados, Selbianam dictam; & congruit nomen vicinæ plateæ, quæ olim Rot- ſeu rectius Ratſtraſſe dicebatur.*

165. *Brunn - Haus.*
166. *Kochleſſl - Gäſsl.*
167. Hiener - Geſsl.
168. Daſchner - Geſsl.
169. Kramer - Geſsl. *Huttſtöpper - Gäſsl.*
170. Am liechten Steg.
171. Am Harmarckt,

172. Juncke Laſsla am Lugeck. *Rectius Lueg - eck. Unde loco iſti hoc nomen, V. infra in Sepulturis ad S. Stephanum.*

173. Marcus Curcius Loch. *Non eſt niſi circulus lateribus coctis deſcriptus ante aulam Ratisbonenſem, qui maximum orbem deſignat Campani æris anno* 1472. *fuſi, & Pummerin compellati. Denuo fuſum anno* 1558. *quamvis* 202. *centenariorum, puella* 10. *circiter annorum ope machinæ Staticæ, quæ hodiedum viſitur, absque fatigio in altum extulit. Tillmez. in Memor. de Templo, ac Turri S. Stephani p.* 48.

174. Die vorder Pekenſtraſs.

175. Köllner-Hof. *Und Capellen.*

176. In der hintern Pekenſtraſs.

177. *H. Creuz-Gäſsl.*

178. *Bey der ſchön Latern.*

179. *Altes Univerſitäts Haus.*

180. *Neues Univerſitäts-Haus.*

181. Collegium Univerſale. *Hodie Templum & Collegium PP. S. J.*

182. Aula Univerſitatis. *Nunc Scholæ.*

183. *Do die Kuhe am Brett ſpillt.*

184. *Beym ſchmekenden Wurm.*

185. Brandſtadt.

186. Am alten Rosmarckt. ** Stock in Eiſen.

187. Haſen-Haus.

188. *Beym drey Haſn.*
189. *Kupferſchmid-Gäſsl.*
190. *Beym Eſel in der Wiegen.*
191. *Spitl-Gäſsl.*
192. Mehl-Gruben.
193. *Schwarzenbergiſches-Gäſsl.*
194. Neumarckt.
195. *PP. Capuciner.*
196. Hintern Neumarckt.
* * Roſen-Gäſsl, Nunc Roſengaſſen.
197. *Groſſes Kraut-Gäſsl.*
198. *Seiler-Gäſsl.*
199. *Kraut-Gäſsl.*
200. *Roſmarin-Gäſsl beym Stock in Eiſen.*
201. *Beym ſchwarzen Elephant. Addita ſequens inſcriptio.*

Sincera pictura Elephantis
Quem Sereniſſimus Rex
Maximilianus
primo Viennæ ſpectandum
exhibuit
Menſe Aprili Anno MDLII.

*Adverte! jam* 1548. *in ſuis nuptiis Valliſoleti celebratis, Maximilianum II. Boëmiæ Regis titulo ornatum, & An.* 1549. *à Boëmiæ ſtatibus pro tali agnitum fuiſſe, quamvis anno primum* 1562. *Boëmiæ Rex coronatus fuerit.*

202. Hinter St. Dorothea. *Spiegel-Gaſſen.*

203.

203. Die Ferber - Gaſſen. *Modo Dorothe-Gaſſen.*

204. St. Dorothea.

205. *Königliches Kloſter.*

206. *Beym Spaniſchen Stall.*

207. *Trautſohniſche Capell.*

208. Die Rotſtraſs, *rectius Ratſtraſs, ſicut habetur in Codice MS. ſæculi XIV. adulti, vel ſæculi XV. naſcentis. Item Raatſtraſſe; ut legitur apud Fuhrmannum P. I. Vien. Ant. & Novæ pag. 527.* Nunc: die untere Breünerſtraſs.

209. Die Preiden - Straſſe. *Hanc minus recte à ſponſis dictam Lazius arbitratur: nunc die obere Breunerſtraſs. Utriusque modernum nomen, uſu vulgi immutatum, a Breiteſtraſs originem traxerit.*

210. *Sacellum S. Barbaræ.*

211. Am Graben.

212. *Paternoſter-Gäſsl.*

213. *Jungfern-Gäſsl.*

214. *St. Peter.*

215. St. Peters Freidhof.

216. *Wo der Hann in Spiegel ſchaut.*

217. Freyſinger - Hof. *Und Capellen.*

218. *Schloſſer-Gäſsl.*

219. Untern Goldſchmiden, olim untern Drotleden.

220. Paurn - Markt.

221. *Alter Häring - Neuer Kien - Marckt. Vulgo der alte Kienmarckt.*
* * Chamer - Hof.
222. *Winter - Gäſsl.*
223. In der Lands - Kron.
224. Die Minzer - Straſs.
225. *Gundel - Hof, und Capellen.*

*Advertendum, voces ordinario typo impreſſas in Tabula Hirsfogliana reperiri: currenti, ut vocant, typo ſignatæ ex noſtro additæ ſunt.*

# CAPUT II.

## *Inſcriptiones ex pomoeriis legendæ.*

Diu multumque dubium tenebat ea me quæſtio: utrum omnes prioribus Partibus jam adductæ inſcriptiones, hac in Parte ex integro repetendæ, an eorum duntaxat locum citando, inſinuandæ forent? Ultimum ſuadebat cura, ne eadem crambe recoqueretur, atque hæc Pars in nimiam molem ne excreſceret: primum vero commoditas legentium, qui uno hoc libello inſtructi urbem totam, nullibi ſubſiſtendo, luſtrare poſſent. Medio tutiſſimus ibo: illas inſcriptiones, quæ extra domos, vel templa cernuntur, hic de

novo

novo ſubjiciam; ut rerum noſtrarum curioſi, veluti aliud agendo, & in tranſitu, deſiderio ſatis ſuo facere queant: cæteras epigraphas citando repetam; ut, qui adyta etiam domuum vel templorum inſpicere cupiunt, quod longiorem moram expoſcit, reliquarum etiam Partium inſpectione juventur.

Hæc, ut rite ac ordine fiant, præmiſſa eſt Ichnographica Viennæ Tabula, ſuis literis ac numeris diſtincta, quam viæ ducem ſequendo, itineris ac laboris compendium facies, nec quidquam memoria dignum tuos oculos effugiet.

Primum ergo urbem noſtram exterius luſtraturus, te ante portulam, ut vocant, piſcatorum ſtatue, indeque ſemper ſiniſtram verſus in pomoeriis progrediendo non palos foſſis præfixos numerabis, ſed muris, aut ſaxis inſcriptas epigraphas oculis perleges.

Primum à ſiniſtris occurrit propugnaculum Gonzagianum majus, cui inſcriptum eſt:

LEOPOLDUS ROM. IMP. GERM. HUNG. BOHEM. ZC. REX ARCHIDUX AUSTR. PROPUGNACULUM HOC MURO OBDUCI CURAVIT. ANNO MDCLXIV.

Uterius

Ulterius progreſſus conſpicies prope domum Telonariam elegantiſſimum S. Joannis Nepomuceni ſacellum, in cujus fronte legitur:

*HonorIfICentIæ InnoVatæ* DIVI *IoannIs NepoMVCenI VIennenſIs pIetas prIVata poſVIt.*

Id eſt: anno 1744.

Porro ad lævam cernitur, parmula aquatica, ſeu Waſſerſchänzl, ſupra portam inſcriptum.

FERDINANDUS III. ROM. IMP. ANNO 1646.

Porta, quæ ad civitatem ducit, vulgo Schanzlthor, inſcriptionem habet nullam; ſed ſupra limen Scutum duntaxat Auſtriæ cum faſcia, in lapide exciſum.

Propugnaculo novæ portæ inſcriptio nulla.

Nova porta ipſa, nunc omni inſcriptione caret; quia recenti cæmento obducta.

Parmula ante novam portam absque inſcriptione.

Propugnaculum ab Exilio dictum ita aureis literis loquitur:

FERDINAND. P. ELECT. ROM. IMP. GERM. HUNG. BOEM. ZC. REX INF. HISP.

HISP. ARCH. AUSTR. DUX BURG. ZC.
SACRI ROM. IMP. ORDI. ET STATUUM
SUMPTIBUS CONSTRUI JUSS. ANNO
CHRISTI M. D. L. XI.

Parmulæ Scotenſis porta exterior hanc epigraphen præſefert:

17 (ANNO DOMINI) 24.
C. VI. D. G. R. I. S. A. Ge. Hi. Hu. Bo.
REX A. A. D. B. C. T.

Porta Scotenſis ipſa, ſuo in limine ſic notat:

M. D. C. (F. III. R. I. A. A.) LVI.

Propugnaculo Mellicenſi hæc inſcripta ſunt:

FERDINANDUS III. ROM. IMP. GERM.
HUNG. BOH. ZC. REX. ARCHID.
AUSTR. PROPUGNACULUM HOC
MURO OBDUCI CURAVIT.
ANNO M. D. C. L. VI.

Parmula Mellicenſis, olim lateritia dicta, inſcriptione deſtituta eſt.

Propugnaculum Leoninum, ſeu melius ab authore Löblianum, una cum antiqua inſcriptione, ſecunda Turcarum oppugnatione everſum eſt.

Eadem

Eadem cauſa vicinam parmulam Löblianam in ruinam traxit: utræque quidem ex cineribus fortiores ſurrexere; ſed tacent.

Modico à dextris intervallo cernitur coloſſus Virginis Immaculatæ, ſimul terminus feudi, Neideggerianæ arcis, in ſuburbio ad S. Udalricum ſiti, quod Pataviensibus Epiſcopis debet Scotorum Monaſterium.

In prima baſis facie ſcutum Pataviensis Epiſcopatus inciſum: in reliquis tribus ſequentia leguntur.

MARCHSAULEN DES HOCHFIIRSTLICHEN HOCHSTIIFFT PASSAU LEHENBAREN NEUDEGGERHOFFS, WELCHE ANSTAT DER IENIGEN SO ANNO 1683 IN DER TIIRCKISCHEN BELAGERVNG DER KEYSERL. RESIDENZ-STATT WIENN RVINIRT, VND ALS GEDACHTES LEHEN DEM HERRN SEBASTIANO ABBTEN VND DESSEN ANVERTRAVTEN CLOSTER BEY VNSER LIEBEN FRAVEN ZVM SCHOTTEN ALHIER ANNO 1695. ZV LEHEN GNÄTIGST VERLIEHEN.

Vnter Regiervng des hochwiirdigst, hochgebohrnen Herrn Herrn Raymvnd Ferdinand Bischoff vnd des Heil Röm. Reichs Fiirsten zv Passav Graffen von Rabatta von dem Herrn Carolo dermaligen Abbten des Stifft vnd Closter bey vnser lieben Fraven zvm Schotten alhier widervm ernevert, vnd avfgerichtet worden ist. Anno 1716.

Vnter Regiervng des hochwiirdigst, hochgebohrnen Herrn Herrn Iosephi Dominici der Heil. Röm. Kirchen Cardinalen exempten Bischoffen vnd Fiirsten zv Passav Graven von Lamberg von dem Herrn Roberto Abbten des Stiifft und Closters bey vnser lieben Fraven zvm Schotten in Wienn nach 1751. genomenen Lehen des Nevdegger Hoffs mehrmalen renovirt. Anno 1761.

Re-

Regrediamur ad Portam aulicam exteriorem! Hæc quando & à quo perfecta ſit, interjectis chronologicis literis ſic exprimit:

M. LEOPOLDUS D. ROMAN. IMPERAT.
C. ARCHID. AUSTR. LX.

Pone hanc portam propugnaculum aulicum exterius, antea Stadianum compellatum; hoc à Leopoldo Imp. muro veſtitum notat inſcriptio; ſed à ſecunda Turcarum oppugnatione mutila:

— — — — GERM. HUNG.
— — ZC. REX ARCHIDUX — — T
PROPUGNACULUM HOC MURO OBDUCI CURAVIT — ANNO M. D. C. LIX.

Sequitur Parmula Auguſtinianorum, absque inſcriptione.

Propugnaculum Carinthiacum hanc epigraphen oſtentat:

FERDINANDUS ROM. GERM. HUNG. BOEM. ZC. REX INF. HISP. ARCH. AUSTR. DUX BURG. ZC. S—CRI R — — — IMP. ORD. ET STATUUM SUMPTIBUS CONSTR — — — USS.
ANNO CHRISTI MDLII.
RENOVATUM
ANNO 1641.

 Inde

Inde ad dextram modice deflectendo occurrunt duo coloſſi, alter lateritii operis, & humilior: monumentum, ut opinor, ibidem quondam ſitæ Eccleſiæ Hoſpitalis Civici, ab omnibus Sanctis compellatæ. Alter ex quadrato lapide altior & antiquior: monumentum reliquum ex cœmeterio Hoſpitali vicino. Ejus inſcriptio ſic habet:

DAS PAU IST UOLPRACHT ZU LOB GOTS UND IN DEN EREN MARIAM UND ZU TROST ALLER GELAUBIGEN SEELEN-HAIL, UND IST UOLPRACHT IN DIE SANCTI JACOBI APOSTOLI
Anno Domini M. CCCC. XXXII.

Parmulæ Carinthiacæ Porta hæc verba notat:

Anno 1673.
L. D. G. R. I. S. A. G. H. B. R. A. A.

Ipſius autem Portæ Carinthiacæ exterior inſcriptio in ponte ſic legitur:

Anno (L D.G.R.I.S.A.G.H.B.R.A.A.) 1671.

Regrediamur ad pontem lapideum, urbi proximum, Viennæ rivo inſtratum!

In primo ejus aditu ad ſiniſtram cernitur ſtatua S. Joannis Nepomuceni; libro, quem

genius

genius tenet, inſcriptum: *Soli Deo Honor & Gloria.* Baſi vero, 1702.

Circa medium pontis à ſiniſtris ſtatua B. V. doloroſæ filium ſuum mortuum ſinu complectentis; marmori inciſi hi rhytmi:

*Vor Hungers, Peſt, und Kriegs Gefahr,*
*O Mutter Gottes uns bewahr;*
*Erhör dein Volck, und ſtehe uns bey,*
*So ſeynd wir aller Straffen frey.*
17 *Ex Voto* 39.

Ferme è regione crux coloſſæa, quæ ex una parte ſequentem in marmore epigraphen præfert:

Das Chreuz haben laſſen machen ein Löbl. Handwerch die Beckhen, und Beckhen-Knecht aus ihrer Zech zu Wienn in die Ehren Gottes, und ſeiner lieben Muetter, da man zalt nach Chriſti Geburth 1414. Jahr, und hernach widerumben renovirt An. 1600. den 25. Juny. Ren. 1691. A. 1757. I. B.

Ex altera parte mutila hæc reperitur inſcriptio:

O Chriſt wann du dies Chreuz ſechſt an
So ſag Gott Danck in den Fürgang
Wegen der edlen Veſtung Rab
Die uns der Türck hat drungen ab

In September 94 — — — wider
Aber im 98. Jahr — — — —
Im Martii wider einnehmen lahn,
Sey Lob, Ehr und Preys im höchſten Thron.

Ut hujus, & ſimilium eo tempore inſcriptionum cauſam intelligas, ſcito: occupatum à Turcis 29. Sept. A. 1594. Jaurinum, anno 1598. 29. Martii ab Adolpho Comite Schwarzenbergio aſtu militari recuperatum eſſe; alias multo Chriſtianis cruore ſtaturum. In hujus beneficii perennem memoriam Rudolphus II. Imperator mandatum dedit ſuperioris, & inferioris Auſtriæ ſtatibus; ut in publicis viis lapideæ, vel aliæ columnæ, cruces, &c. ſtatuantur, iisque characteribus lectu facilibus ſequentes potiſſimum verſus inſcribantur:

Sag Gott dem Herrn Lob, und Dank,
Daß Raab iſt kommen in der Chriſten Hand.
*Vide Cod. Auſtr. P. II. pag. 199. vocabulo:* Raab Eroberung.

Talis columna ex lapide cum ſimili epigraphe renovata, hodiedum cernitur ante portam Scotenſem, in ſuburbio, vulgo Wá-ringer-Gaſſen dicto, juxta ponticulum, vicinum domunculæ, ut vocant Piſtorum.

In

In fine pontis ad lævam ſtatua S. Wenceslai Boemiæ Ducis, & Patroni.

Inſcriptio una:

S. WENCESLAUS REX BOH.
R. V. 1762.

Altera:

Franz Ignatz Wratislau Graf von Mitrowitz der Röm. Kaiſerl. Maj. würcklich geheimer Rath, Cammerer, und Statthalter im Königreich Böheim.
Anno 1704.

E regione ſtatua S. Domitiani Ducis & Patroni Carinthiæ.

In baſi legitur:

sanCto DoMItIano
pIo patrI patrIæ
CarInthI VIennæ VnItI
pIe statVere.

Reverſis ad palos occurret propugnaculum à fonte artificiali nómen ſortitum. In hujus facie hodie legitur:

FERDINANDUS ROM. GERM. HUNG. BOE. ZC. REX INF. HISP. ARCHI. AUST. DUX BURG. ZC. SACRI ROM. IMP. ORD. ET STATUUM SUMPTIB.

 CON-

CONSTRU. JUS. ANNO CHRISTI MDLIV.
RENOV. 1768.

In turri, per quam aqua attollitur, nihil notatur, niſi annus 1660.

Sequitur Ravelinum Mellis, ſine inſcriptione.

Inde propugnaculum Braunianum, in quo legitur:

FERDINANDUS ROM. GERM. HUNG. BOEM. ZC. REX INF. HISP. ARCH. AUSTR. DUX BURG. ZC. SACRI ROM. IMP. ORD. ET STATUUM SUMPTIBUS CONSTRUI JUSS.
ANNO CHRISTI M.DLV.

Parmula Stubenſis inſcriptione caret.

Similiter vicina Stubenſis porta, qua pontem reſpicit.

Extra hanc portam, in ponte lapideo, Viennæ rivo inſtrato, præter ſtatuam S. Joannis Nepomuceni, & S. Patris Auguſtini, antiqua crux coloſſæa, ſine inſcriptione: juxta crucem Beatiſſima Virgo, & S. Joannes Evangeliſta.

Pro-

Propugnaculum à Sambuco dictum eleganti epigraphe ornavit Lazius; ſed aut vetuſtate, aut Turcicorum tormentorum vi abolita.

Porta Telonii nova nulla adhucdum inſcriptione gaudet.

Sequitur Ravelinum Caſtoris inſcriptione deſtitutum.

Propugnaculum Caſtoris epigraphe gaudebat; ſed Turcarum ex Leopoldino ſuburbio oppugnatione ferme evanuit.

Parmula Judæorum, feliciori omine nunc à Maria Thereſia Auguſta nuncupatum, hunc titulum oſtentat:

MARIA THERESIA ROM. IMP.
H. B. R. A. A. Ao. 1746.

In propugnaculo minori Gonzagiano, ſublicio Danubii ponti adhærente, inſcriptionem exteriorem tormentorum Turcicorum impetu exſtinctam credo; in Porta tamen, qua per id tranſitus patet, legitur:

M. D. C. (LEOPOLDUS R. I. A. A.) L. X. II.

CA-

# CAPUT III.

## *Inſcriptiones in circuitu moenium legendæ.*

Tranſito minori Gonzagiano propugnaculo, illud ipſum conſcende, & lævam verſus procedendo, quæ ex ipſis moenibus legi poſſunt, adverte!

Prima, ex ſiniſtro latere, ambulanti ſeſe objicit facies externa Turris rubræ, huic ſinuatis veluti ſchedis inſcripti leguntur jam pene attriti verſus ſequentes:

*Quam felix urbs eſt, quæ pacis tempore bellum*
*Ante oculos ponit, & ſua quæque notat.*
*Incaſſum vigilat, qui cuſtodire putabit*
*Urbem armis, ſi non arma Dei affuerint.*
*Sed Deus, & virtus tutantur* MAXIMILIANI
*Cæſaris, hæc urbis moenia cum populo.*

Ulterius progreſſis ante contubernium militare, in loco, ubi olim ſalis porta erat, occurrit domus, quæ, quod in communi demolitione omnium ædium in moenibus ſitarum ob metum à Gallo-Bavaris, Anno 1741. communem ſtragem evaſerit, ſic ſibi ipſa plaudit:

VnICa,

VnICa, qVæ soCIas Inter stetIt eCCe
rVInas,
parthenIo aVspICIo nVnC noVa faCta
tVMet.

In novo militum contubernio ad novam portam Genius angulo inſiſtens, dextra aquilam bicipitem auream in nigro campo, ſiniſtra crucem candidam in campo rubro, urbis nempe, quæ ædificium ſtruxit, inſignia præſefert, ſubjecto anno:

MDCCXLVI.

Inter turrim à Judæis dictam, & Portam Scotenſem, in longo muri antiqui tractu inverſe inſertus cernebatur lapis Hebraicis characteribus inſculptus; ſed priori anno per novam domum everſus.

Quæ ſuper erant, ſic habebant:

— — — לח — —

טשתלרר

Propugnaculum aulicum interius, vulgo Spanier, inſcriptionem amiſit.

Propugnaculum templo PP. Prædicatorum prætenſum, recenter reparatum has duntaxat chronologicas notas in coronide exhibet:

1546.

1546.

1545. MDXXXXV.

Nempe annos ſuæ originis, & progreſſus.

Emenſo moenium circulo, ex minori Propugnaculo Gonzagiano deſcende, & per rubram turrim urbem ipſam intrato!

# CAPUT IV.

*De iis, quæ in urbe videnda vel legenda proſtant à Turri rubra usque ad Portam Scotorum.*

Volupe ſane foret non ſolum urbis inſcriptiones, aut picturas publicas recenſere; ſed etiam earum cauſas, & origines: aſt unde hæ repetendæ? Lazius, magnus ille antiquitatum Viennenſium ſcrutator ait: varias Domorum, vel platearum nomenclaturas à certis ſignis appenſis, vel picturis, vel alio quopiam eventu ortas eſſe; hoc vero lippis, & tonſoribus notum. Nec plus præſtat ejus traductor Abermannus. Tabularia complura acceſſi; ſed undique vacuus redivi. Quid facto opus? ibant, qua poterant.

Sub

Sub ipſa ergo rubra turri conſiſte! In hujus fornice pernam ligneam cernis, in ſiniſtro muri latere ſequentes verſus:

*Welche Frau ihren Mann oft raufft, und*
*ſchlägt,*
*Und ihn mit ſolcher kalten Laugen zwächt,*
*Der ſoll den Backen laſſen hencken,*
*Ihr iſt ein anderer Kirchtag zu ſchencken.*
*Welcher kommt durch dieſe Porten,*
*Den rath ich mit getreuen Worten:*
*Daſs er halt Fried in dieſer Stadt,*
*Oder er macht ihm ſelbſt unrath:*
*Daſs ihm zween Knecht zum Richter weiſen,*
*Und ſchlagen ihn in Stock, und Eiſen.*

Deinceps ſecundum ordinem numerorum in Tabula Ichnographica expreſſorum progredere!

N. 1. Domus ad Küſſenpfennig. In ſigno protenſo Vir numum aureum oſculans; in muro hi verſus:

Der theure Theophraſt, ein Alchymiſt vor
allen,
Kam einſt in dieſes Haus, und kunte nicht
bezahlen
Die Zech, die er genoß: Er trauet ſeiner
Kunſt,
Mit welcher er gewann viel großer Herren
Gunſt.

Ein

Ein ſicheres Gepräg, vom ſchlechten Werth er nahme,
Tingirte es zu Gold: der Wirth von ihm bekame
Dieß glanzende Mettall. Er ſagt nimm dieſes hin;
Ich zahl ein mehreres, als ich dir ſchuldig bin.
Der Wirth ganz außer ſich, bewundert ſolche Sache,
Den Pfennig küße ich, zu Theophraſt er ſprache.
Von dieſer Wunder-G'ſchicht, die in der Welt bekannt,
Den Namen führt dies Haus, zum Küßenpfennig gnannt.

Pura puta fabula! ſi enim ex hac occaſione domus nomen traxiſſet, certe Lazium coævum non latuiſſet, qui tamen una cum ſuo traductore Abermanno altum tacet, aliarum domuum nomina fuſe recenſens L. III. Rer. Vien. p. 131. Nota! Lazium commentarium ſuum edidiſſe A. 1545.; Philippum vero Theophraſtum Paracelſum jam 1541. ætatis 47. obiiſſe Salisburgi.

Domus ergo ante dicta poſt editos Lazii commentarios nomen traxit à poſſeſſore ſuo; ſicut omnes aliæ, quæ nomen inſolitum

tum præferunt: ut deinceps videbitur. Cives enim Viennæ fuiſſe Küſſenpfennig nomine, atque ex his priori ſæculo unum etiam è Societate noſtra ſacerdotem conſtat; ut in Catalogo ſuo Doctor Sorbaith docet. An hi ipſi, an ex ſequentibus poſſeſſoribus aliquis, ſignum monetam diſſuaviantis viri, domui appenderit, ignoro. Quoniam vero Küſſenpfennig nomine Euclìones vulgo compellantur, poſtremi poſſeſſores hoc ſcomma à ſe, & domo amoliri cupientes, fabulam illam commenti ſunt. Certe verſus illi, mea memoria, domui primum inſcripti ſunt. Poſſeſſor modernus eſt Perilluſtris D. de Lucam, Imperialium cauſarum agens. Roborantur dicta ex ipſa Tabula Ichnographica urbis noſtræ, ab Hiersfoglio anno 1547. confecta, in qua nulla hujus domus mentio.

E regione domus hujus Numero 2. eſt illa, quæ vulgo ad Schabenrüſsl nuncupatur, nomen item à ſuo poſſeſſore tulit; ut conſtat ex lapide ſepulchrali Michaelis Schabenrieſsl, Civis Vien. A. 1552. in cœmeterio S. Stephani ſepulti. In hujus, ſcuto caput apri cum cultro venatorio in roſtro. Nota! domum hanc cum granario emerat à Ferd. I. Rom. Rege, pretio 800. florenorum idem Michael Schabenrüſſel die 7. Martii 1534. Modo ſupra domus portam cernitur

gryphus pilam Typographicam prioribus unguibus tenens; ſignum, ſubinde Typographum quempiam illis ædibus potitum: Nunc pertinent ad Perilluſtrem Dominam Gäblerin.

N. 4. Kazenſteig. A ſiniſtris domus eſt, Dempfiinger-Hof dicta, in cujus area à dextris legitur:

*Hæc ego Mathias Vollmmuth monumenta paravi,*
*Eſſent ut generis ſigna relicta mei.*
*M. D. L. XXXIX.*

Hæc quæcunque monumenta vehementiſſimus terræ motus anno 1590. 15. Septembris multum labefactavit; unde à ſiniſtris additum:

*Hanc ſibi, poſt ortos terræ ſæpiſſime motus,*
*Mathias ſtruxit Wolgemut ipſe domum.*
*M. D. L. XXXXI.*

N. 7. Eccleſia S. Ruperti. Hujus inſcriptiones dedi P. I. pag. 170. Omiſſa ibidem (ſi eſſet vera) notatu digniſſima. Hæc in fornice templi ſic habet:

*Hoc Sacellum S. Ruperto*
*Sancti Cunaldus, & Giſalricus*
*Avarum Converſioni deſtinati Apoſtoli*
*Erexerunt Anno DCCXL,*

Anno

Anno 737. Hugiberto Bojorum Duce extincto, Hunn- Avares trans Onaſum excurrunt; Vivilionem Laureacenſem Antiſtitem Pataviam commigrare, & deſtructo Laureaco ibidem remanere compellunt; ac in Auſtria ſuperiore, & inferiore dominantur. Quis credat paulo poſt Miſſionarios Salisburgenſes Fabianam veniſſe, ibidemque anno 740. S. Ruperto Sacellum vel erexiſſe, vel dedicaſſe; quando nec de eorum vita, eatenus producta, nec de ulla ad Avares Sacra expeditione eo tempore quidquam conſtat, aut legitur. Rectius iſta Author Vien. Ant. & Novæ P. I. p. 373. 378. 380. ad S. Virgilii tempora nobiſcum rejicit.

N. 10. Carmeli Virgines. In lapide portæ templi incumbente ſcriptum:

D. O. M.
S. JOSEPH DEI GENITRICIS SPONSO.
ELEONORA D. F. C. ROM. IMP. GERM.
UNG. BOE. REG.
NATA PRINC. MANT. ET MONTISF.
IN S. V. ET M. THERESIÆ SOBOLEM,
PIETATE
ATQUE MUNIFICENTIA CELEBRIS,
TEMPLUM HOC, ET MONAST.
FUNDAVIT, DICAVIT, DOTAVIT.
1642. &c.

Nota! Fundatio facta A. 1633.
Ædificium A. 1642. perfectum.

N. 14. in domo moderna Perilluſtris Domini Caſpari de Hollwein, Regiſtrat. Exc. Regim. depicti gradus à Piſcatoribus dicti, quibus ad vicinum in Salzgrieſs Danubii ramum deſcenderunt, quod nomen hodiedum toti viciniæ adhæret. Rhythmi picturæ ſubjecti vulgares iſti:

Dieß Haus ſteht in GOttes Hand,
Bey der Fiſcherſtiegen iſt es genannt.

Nota! in hujus domus vicinia erat olim forum piſcarium.

Pone ſita eſt domus Perilluſtris Domini Antonii Auguſtini ab Aichen in Conſilio Jurium Provinciæ Aſſeſſoris, à S. Chriſtophoro nomen ferens, cujus effigiei ſubſcripti verſus ſic legendi:

*Grandia Chriſtophori qui cernis membra, memento!*
*Grande onus eſſe, ſuum trans mare ferre Deum.*

N. 16. Eccleſia B. V. ad gradus dicta. In hoc templo notatu dignæ aliquot ſepulturæ, quæ ſic habent:

*Anno*

*Anno Domini* 1529. am 20. Xbr. ſtarb der fürſichtig Erſ. Weiſe Hanns Stoßanhimmel Burger zu Wien, hie begraben.

In ſcuto: Scipio ſuperne, & inferne cum cruce, ſcipioni involuta litera S. Cruce etiam in extremitatibus ſignata.

Hie ligt begraben der Edl Ernveſt Herr Andre Lindauer K. K. M. Rath, Stattanwalt, und Salzambtman zu Wien, ſamt der Edlen tugentl. Frau Catharina Zopplin von Haus, ſeiner Ehl. Hausfr. Er ſtarb 29. 8br. *Ao.* 52. Sie ſtarb den 20. Martii *Ao.* 1551.

In illius ſcuto à dextris tria folia tiliæ, à ſiniſtris leo. In uxoris ſcuto, primo & 4to loco faſcia, in 2do & 3tio cervus.

*Ao. Dni.* 1482. am St. Othmarstag iſt geſt. die Edle Fr. Agatha von Heßlerin, des hochwürdigſten in Gott Vatters Fürſten und Herrn Herrn Geörg der H. Röm. Kirchen Cardinall Biſchoven zu Paſſau ꝛc. Mutter.

*Ao. Dni.* 1482. *die Sabbati* 21. 7*br. in die S. Mathæi Apli. & Evangeliſtæ obiit Reverendus in Chro. Pater & Dns. Dns. Georgius, miſeratione divina Tituli S. Luciæ in Silice SS. Roman. Eccleſiæ Presbyter Cardinalis*

*& Epiſcopus Pataviensis. Cujus anima requieſcat in pace. Amen.*

Nota! Mortuus in navi prope Mellicium ex arthritide, Georgius II. dictus. Nomen illi Häslerus, ut ſcutum indicat, in cujus 1. & 4. loco lepus, in 2. & 3tio canis.

Apud ſepulchrum matris, in primo ſcuto lepus, in 2do. tres ollæ, ſtella intermedia.

Sub hoc Epiſcopo A. 1480. Vien. Epiſcopatus reſtitutus eſt.

Prope templum B. Virginis ad gradus Domus dicta a ſuo poſſeſſore Stoſsinhimmel. Nunc magnifice è fundamentis educta eſt per D. de Held & Strattmayr.

Sicut prioris ita, & modernæ domus portam ornat, Nomen Jeſu ingenti lapidi inciſum hac forma: ihs. Limbo inſcriptum: *In nomine Jeſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.*

Signum Sanctiſſimi nominis hoc modo eformatum à S. Bernardino Senenſi, & ejus diſcipulo S. Joanne Capiſtrano uſurpabatur; unde & indicium eſt translatarum huc Sancti Franciſci de poenitentia ſororum, quarum Capiſtranus habitationem obtinuerat. *Vide P. I. Not. Vien. pag.* 224.

N. 22.

N. 22. Pone Eccleſiam PP. Theatinorum in ipſo ponte elegans ſacellum S. Joannis Nepomuceni, à Cardinale Chriſtiano Auguſto Saxo-Citiano, Archi-Epiſcopo Strigonienſi, poſitum. Epigraphe:

DIVo IoANNI GLorIoso seCVLI
THAVMatVrgo.

E regione Statua S. Cajetani cum inſcriptione:

*S. Cajetanus Fund. Cler. Reg.*

A latere Angelus, cujus libro inſcriptum:

*Quærite primum Regnum Dei,*
*& juſtitiam ejus. Matth. c. VI. v.* 33.

N. 27. Templum Scotorum. Manuſcriptum Trautſohnianum ſic notat, quæ in hac Eccleſia viſu & lectu digniora occurrunt:

*D. O. M. A.*

*Nobili Strenuo ac Magnifico Viro, Dno. Sigismundo ab Oedt J. C. DD. quondam Ferd. I. Max. & Rud. II. Rom. Imp. in excelſo Inferioris Auſtriæ regimine Conſiliario, Cancellarioque, nec non Viennenſis Archigymnaſii Superintendenti vigilantiſſimo. Qui, cum annos* 68. *agens, à nato Salvatore* 1591. 4. *Idus Febr. in Chro. placide obdormiſſet,*

*una cum Conjuge Chariſſ. Nobili Catharina à Mülen, ex qua filios 4. Sigismundum nempe, Fridericum, Joannem, & Chriſtophorum, totidemque filias, Catharinam, Eliſabetham, Annam Mariam, & Mariam ſuſceperat, poſteaquam & ea anno incarnati Chriſti* 1587. *7. Cal. Dec. ex hac vita migraſſet, nec non & ſecunda Conjuge Johanna Schoberin, quæ anno dehinc fatis quoque ſuis conceſſit, hic ſepultus jacet.*

Ejus imago lapidi inſculpta: ſcutum inverſum.

*Ao. Dni* 1551. den 9. Nov. ſtarb der Edl, und hochgelehrt Friderich Harrer der Rechten Dr., und geweſter Rector der hohen Schuell zu Wienn. Der hierunden begraben.

In ſuperiori Capella, à dextris muro inſerta eſt tabula ex aurichalco, cui inſcriptum:

*Hanc Capellam Venerabilis Dns. Heinricus Senftleben, Decanus Wratislavienſis, Rector Capellæ B. M. in Ottenhaym, ad honorem Paſſionis Dni. noſtri Jeſu Chriſti fundavit, & perpetuis miſſis inibi celebrandis dotavit. Ao.* 1454. *die* 28. *Aug. &c.*

Lapis ſepulchri ante aram. *Mortuus Anno* 1466. 21. *Febr.* Imago, & ſcutum lapidi

lapidi inciſum; in hoc trabs Burgundica, ad latera roſæ.

In infimo Monaſterii ambulacro.

Gedächtnuß, ſo des Edlen geſtrengen Herrn Auguſtin Hafner geweſten Burgermeiſter, und Königl. Stattrichters in Wien, und der Edlen Fr. Eva, geb. Ernſtin, baider ſeel. Khindern, nahmens Auguſtin, Paull, Jörg, Leopoldt, und Wilhelm, dan Sophia, Anna Catharina, und Suſanna, ſo ſamentlich in ihrer Vnvogtbarkeit abgeſtorben, aufgerichtet worden in Julio *Ao*. 1629.

In hoc ambulacro Sacellum S. Sebaſtiani, in quo Auguſtini Hafner, lapis ſepulchralis.

Supra portam ad ingreſſum Conventus Henricus Fundator, flexo ante B. V. iconem poplite, cum Auſtriæ ſcuto pictus, eo tempore cernebatur.

Inſcriptio ſuperior:

Maria Muetter GOttes raine Maydt
Diß Cloſter opffre ich deiner Würdigkeit.

Infra imaginem B. V.

Herzog Heinrich lieber Diener mein!
Darum ſoll Chriſtus dein Blohner ſein.

Infra imaginem ſcutum Monaſterii.

Heinrichen Jochſambergott, Stiffter diß Gottshaus hat zu Eren, diſes Gemählbt Jörg Abbt Strigely mahlen laſſen. *Ao.* 1585.

Ante majorem portam, modo nominatus Dux juſta viri ſtaturá exſculptus olim conſpiciebatur, addita inſcriptione:

*Heinricus cognomine Leo, filius Divi Leopoldi, primus Dux Auſtriæ, fundator hujus ſacræ ædis, ſeu Monaſterii Divi Stephani hic Vien. Ao.* 1158.

Nota! Non huic, ſed Henrico Saxoni nomen Leonis fuiſſe, & primum templum honori B. Virg. & S. Gregorii dicatum fuiſſe. Sacellum D. Stephani in loco primæ Eccleſiæ dein exſtructum fuit, novo templo ædificato; unde error manavit Joannis Raſch, officialis, & compilatoris rerum Monaſterii Scotenſis, qui primæ Eccleſiæ, contra fundationis literas, nomen S. Stephani tribuit.

CA-

# CAPUT V.

*Quæ à porta Scotorum ad portam palatinam uſque, digniora occurrunt.*

Num. 32. In platea majori Pincernarum, ſeu groſſe Schenkſtraſſe, Cancellaria Regni Hungariæ. Inſcriptio:

*Ædes*
*Dicundis, & faciundis*
*Hungariæ rebus,*
*Magnoque Regis Sigillo*
*Sacræ.*
*Quæ modernam induere formam*
D*um*
*Sa*LV*a* *A*V*g*V*ſta* *Reg*I*na* M*ar*I*a*
*Theres*I*a* *S*VI*s* *reſt*I*t*V*ta*
*Fe*LIX L*ætat*V*r* *pop*VLV*s*:
*Ga*VD*et* *H*V*ngar*I*a.*

Excellentiſſimus C. Franc. Eſzterházy de Galantha Regii Cancellarii munere tunc fungebatur.

Nota! quæ in Eccleſia Minorum ad rem præſentem pertinent, jam in III. Parte pag. 16. & 18 enarrata ſunt, præter epitaphium Jodoci Hauſer, quod ſic ſonat:

Hic

Hie ligt begraben der Geſtreng Edl, und Veſt Ritter Herr Jodocus Hauſer, und iſt geſt. an St. Stephans abendt 1478. und Barbara ſein Gemahl, des Trukſäſſen ſeel. Tochter.

Autumo legendum 1428, ut Catalogus Anwaltorum innuit; erat enim in hoc munere A. 1424.

N. 34. Supra portam antiquam Conventualium Minorum S. Franciſci ex una parte legitur:

*Ao. 1224. hic locus a Leopoldo Glorioſo, Duce Auſtriæ traditus fuit FF. Minoribus, ab ipſo B. P. Franciſco eodem menſe, quo ſacra recepit ſtigmata, obtentis, qui poſtea 1250. ab Innoc. IV. nuncupati ſunt Conventuales.*

Ex ſiniſtra parte:

*Retinent iidem ſingulari Seraphica protectione Primitatem Franciſcanam, cum ſacro Ejusdem corpore in Eccleſia Aſſiſienſi, quæ univerſi Ordinis Caput, & Mater à Gregorio IX. declarata eſt; idemque colligitur ex Bulla Innocentii XII. edita 1695. die XX. Auguſti.*

N. 35. Domus Statuum Provinciæ. In utraque porta exteriori, & tertia interiori, infra manum gladio armatam legitur:

Der

Der Röm. Kayſ. Maj. unſers allergnädigſten Landsfürſten ernſtliche Meinung, und Befehl iſt; das ſich Niemand, wer der auch ſeyn mag, unterſtehe in oder vor dieſen befreyten Landhaus die Wöhr zu blöſſen, oder balgen, und zueſchlagen, noch zu Romorn, welche aber freuenlich darwider handlen, das dieſelben an leib und leben nach ungnaden geſtrafft werden ſollen. Actum im 1571. Jahr.

Diploma hac de re à Maximiliano II. Pragæ 20. Febr. A. 1571. datum, vide in Cod. Auſtr. p. 731. In apographis memoratæ inſcriptionis legebatur loco Romorn Komöen, ſed erronee; ut ex felici ipſius tabulæ inſpectione deprehendi.

N. 36. Domus Conſilii Excelſi Regiminis. In ejus interiori area legitur:

FRANCISCUS ET MARIA THERESIA
JUSTITIÆ CUSTODES ET VINDICES.
HANC
THEMIDIS SEDEM
P. C.
A. O. R. MDCCLIII.

Tum Supremo Juſtitiæ Præſide, Excellentiſſimo Dno. Carolo C. à Breüner.

In

In eadem Dominorum platea Cancellaria Belgica, & Italica.

Inſcriptio:

TABULARIUM
CHARTIS PUBLICIS BELGIUM, ET ITALIAM
SPECTANTIBUS ASSERVANDIS
MARIA THERESIA AUGUSTA JUBENTE
CURA W. PRINCIPIS A KAUNITZ-RITTBERG
ERECTUM
CIↃ IↃ CCLXV.

N. 39. ad finem plateæ Schauflergaſſen dictæ, Palatium Supremi aulæ Cancellarii. Supra exteriorem portam in rubro marmore legitur:

PRÆTORIUM
MAJ. SIGILLI ET RERUM CUM EXTERIS
GERENDAR.
MARIA THERESIA AUG. JUBENTE.
CURA W. PRINCIPIS A KAUNITZ-RITTBERG
RESTAURATUM
CIↃ IↃ CCLXVIII.

N. 43. Aula Cæſareo-Regia. In ejus primo ingreſſu à ſiniſtris ſic habetur:

DIVO REGNANTE FERDINANDO
ROMANORUM, HUNGARIÆ, BOEMIÆ ZC.
REGE ARCHIDUCE AUSTRIÆ ZC.
PRINCIPE NOSTRO GLORIOSISSIMO.
M. D. XXXVI.

In

In eadem area ſupra portam, ad quam olim Helveti excubabant, legitur:

FERDINANDUS ROM. GERMAN.
HUNG. BOEM. ZC. REX INF. HISP.
ARCHI. AUSTR. DUX. BURGUND. ZC.
A. MDLII.

# CAPUT VI.

*Quæ à porta aulica ad Carinthiacam usque lectu digna videntur.*

Inſcriptio, quam ſchola Equeſtris intrinſecus oſtentat:

PALATINAM EQUESTREM PALÆSTRAM
INSTRUENDÆ EXERCENDÆQUE
NOBILI JUVENTUTI
ET EQUIS
AD CURSUM BELLUMQUE FORMANDIS
IMP. CÆS. CAROLI AUSTRII
D. LEOPOLDI AUG. F. AUG.
JUSSU
GUNDACARUS COM. AB ALTHANN
SUPR. ÆD. CÆS. ET STABULO. AUG.
PRÆF.
EXSTRUI CURAVIT.
A. CIƆ IƆ CCXXXV.

N. 45.

N. 45. Inſcriptio Bibliothecæ Palatinæ:

CAROLUS. AUSTRIUS. D. LEOPOLDI. AUG. F.
AUG. ROM. IMP. P. P.
BELLO. UBIQUE. CONFECTO. INSTAURANDIS.
FOVENDISQUE. LITERIS.
AVITAM. BIBLIOTHECAM. INGENTI. LIBRORUM.
COPIA. AUCTAM.
AMPLIS. EXSTRUCTIS. ÆDIBUS.
PUBLICO. COMMODO. PATERE. JUSSIT.
CIϽ IϽ CCXXVI.

Nuperrime paulo infra additum:

JOSEPHUS II. ROM. IMP. ET M. THERESIA
MATER AUGG.
FUNDAMENTORUM ET FORNICUM SUBSTRUCTIONE
RESTAURARI JUSSERUNT.
CIϽ IϽ CCLXIX.

In gradibus, quibus bibliotheca conſcenditur, diverſi lapides, cippi, columnæque, Romanæ vetuſtatis monumenta. Ego hic ea duntaxat referam, quæ vel Viennæ, vel in agro Viennenſi effoſſa, aut reperta ſunt; his enim urbis noſtræ antiquitas ſtabilitur.

Sed heu! quam incurii rerum noſtrarum eruditi illius temporis fuere, qui maximis impenſis Romanæ vetuſtatis reliquias ex Tranſylvania, & aliunde advexere; dome-

ſticis

ſticis neglectis. Ne harum memoria intercidat, eas ego ſolum memorabo, quas poſt laborioſam inveſtigationem, non aliunde huc transportatas inveni.

Præter alios lapides P. I. relatos, & alios infra referendos.

Prope Viennam repertus lapis, in quo opere anaglypho Maritus, & uxor umbilicotenus eformati ſunt; infra legitur:

D. M.
AUREL. VRSULÆ CON.
CARISSIME ANNO
XLVI. L. SEP. CELSINUS
VET. LEG. X. G. VIVUS SIBI
ET SUIS FECIT.

Subtus jacet Delphinus.

Monumentum hoc quartum eſt inter exempla Vetuſtatis Rom. à Schallauczer inventa, à Lazio explicata.

Lapis alius in foſſa civitatis repertus cum ſequenti epigraphe:

D. M.
GATTIO ROMULO AUGUST. MILITI LEG. X. G. EX ARMORUM
CUSTODI XIIII. L. H.
F. C.

Lazius Rer. Vien. c. 6. p. 29. Gruterus CLXI.

In domo Doctoris Lazii lapis olim viſebatur ſic inſcriptus:

FORTUNAE CONSER.
GENIOQ. HUJUS LOCI
IN HONOREM JUN.
TIBERIANICI TR.
MIL. LEG. X. G. P. P. FEC.

Apud Gruterum LXXIV. 6. & Lambec. Bibl. Vindo. L. II. c. 2. p. 39.

Viennæ in urbe inventa columna truncata cum hac inſcriptione:

FORTUNÆ
REGINÆ
M. AUREL. AUG.
V. S. L. L. M.

Laz. Rer. Vien. L. 2. c. 2. Gruterus LXXVIII. 8.

Ad S. Udalricum ſequens inſcriptio in columnæ fragmento reperta:

VICTORIÆ ET FORTUNÆ
AUGUSTÆ
MARCUS AURELIUS MAXIMUS
I. I. A. V. P.

Vide Laz. cit. & Gruterum CII. 10.

Item

Item ad S. Udalricum:

VICTORIAE
DE MARCOMANIS
M. AUREL.
V. S. L. L. M.

Apud Gruterum CIII. 8.

Viennæ detectus lapis hujus tenoris:

IMP. CÆSAR.
L. SEPTIMIO
SEVERO PIO
PETINACI
AUG. ARABIC.
MAXIMO.

Lazius Rer. Vien. Lib. 2. c. 2.

Item alius lapis in domo Joan. Geutner, ut Lazius; ſeu Joan. Gueterer, ut Abermannus:

J. O. M. SARAPID.
PRO SAL. IMP. L. SEPTIMII SE
VERI PII PERTINACIS AUG. A
RABICI ADIABEN. PARTHICI MA
-XIMI ET IMP. M. AURELII AN
-TONINI AUG. FL. QUIRINALIS.

MAXIMUS TRIB. MIL. LEG. X.
GEM. P. F. V. S. L.
L. M.

Laz. Rep. Rom. l. 12. p. 980.

Lapis alius ſic habet:

D. M.
MARINA SECUN
DINA VIXIT AN. LIII.
L. AURELIA SATUR. V. A. XXI.
L. AURELIANUS INGENUS
MILS LEG. XIII. GEM.
ANTONINIANÆ
MATRI ET SORORI POSUIT.

Laz. Rer. Vien. L. I. p. 25.

Addo lapides, quos à Schallauzero, Avunculo ſuo repertos, Lazius A. 1560. edidit in exemplis S. Vet. Rom.

*Imus.*

Erutus 1559. prope Cœmiterium S. Michaelis in ædificio novo Sereniſſimi Boemiæ Regis, nempe Maximiliani II.

Eques ſequente ſignifero.

In-

Inſcriptio.

T. F. VERECVMDO MAG. EQVI. S. ALÆ. I. FL^. AVG. BRIT. ∞. C. R. IVR. ITAL. A/. XXXX. S. XIX. I. S. E. S. PRO. F. PRISCINVS. VEX. 'E. INGENVS. HÆRED.

Expoſitionem hujus, & ſequentium lapidum vide ibidem, apud Lazium.

*Lapis II. ibidem eodem anno erutus.*

Signifer equum ſeſſore vacuum ad caudam tenens. Supra, in corona quercea, aquila piſcem tenens, quibus ſol imminet.

Inſcriptio.

T. FL. BARBI. VETER. ALÆ. I. FLA. AVG. BRIT. ∞. C. R. LICI. MEMOR. FRATRI. SVO. POSVIT.

III. *Prope Monaſterium S. Jacobi in fundamento veterum moenium A.* 1553. *repertus.*

Mater cum filio prætextato.

Inſcriptio ſemiobliterata.

DAL. CAVIN. M. FL. ALÆ. IN LONE.

IV. *Lapis ibidem eodem anno inventus.*

Uxor & Maritus.

Inſcriptio.

D. M.

AVREL. VRSVLAE. CON. CARISSIME.
ANNO. XLVI. L. SEP. CELSINVS. VET.
L. X. G.
VIVVS. SIBI. ET. SVIS. FECIT.

Infra Delphinus.

V. *Cippus ſub ponte portæ Scotenſis, dum foſſa egeritur*, 1551. *detectus.*

Inſcriptio.

I. O. M.
TI. CLAVD. CENSOR.
P. PROCOS.
V. S. L. L. M.

VI. *Lapis*

Itidem repertus ad Monaſterium S. Jacobi. Maritus, cum duabus, ut videtur, uxoribus.

Scriptura fermo ex integro obliterata.

N. 47. Templum S. Auguſtini. Utrique templi portæ inſcriptum:

*In honorem B. Mariæ Virginis, & S. P. Auguſtini.*

Turri

Turri templi, quam Ao. 1652. Ferdinandus III. Imp. conſtrui juſſit, idem in quatuor lateribus, æneis literis ſequentia inſcribi voluit:

*Firmamento, Decori, ac Provectioni FF. Eremitarum Diſcalc. S. Auguſtini.*

*TeſtaMento aperto* CL*angen*D*æ* p*I*et*at*I*s,*
*Orna*M*ento* LI*bero a*D*eptæ pa*CI*s,*
*Oſtento apto* C*o*M*p*L*en*D*æ annos*I*t*at*I*s.*

Symbolicos verſus explicant Turris ipſius magnificentia, æs campanum in turri, ſol, & luna etiamnum in turris muro conſpicua.

*Eccleſia S. Auguſtini.*

Nobiliſſimarum hic familiarum Sepulturæ, ego illas duntaxat perſequor, quæ præſenti Notitiæ conveniunt:

Hie ligt begraben der geſtreng herr Hanns Apfalter zu Main, der ſtarb den 2. tag Jan. im 1539. jar ꝛc.

Ejus ſtatua lorica gravis lapidi inciſa eſt.

Nota! à Ferd. I. poſt Viennæ obſidionem in Cuſpiniani defuncti locum Civitatis Anwaltus ſubſtitutus Ao. 1530.

Hie ligt begraben, der Edl und Veſt Ulrich Stoppl, der Zeyt K. K. M. Anwaldt hie

zu Wien, der geſt. iſt am Montag vor Anna tag im 1515. Jar.

Nota! nulla hujus inter Anwaltos alibi memoria: congruit tamen cum tempore, quo Cuſpinianus eo in munere ſucceſſit.

N. 49. *Xenodochium urbis.* Supra primam portam legitur duntaxat:

Der Burger Spital.

Prima in area à dextris mola boaria, antea equina; unde vicinæ portæ limini prior lapis anno 1769. reſtitutus eſt. In hujus apice inſigne Hoſpitalis majus, crux cum columba: utrinque genius cum gladio. Item eosdem inter genios SS. Servatoris Nomen. Subtus tria Scuta: in medio minus Hoſpitalis inſigne, globus cum cruce; à dextris ſcutum Auſtriæ rubrum cum alba faſcia; à ſiniſtris ſcutum urbis rubrum cum alba cruce.

Sequitur inſcriptio:

*Structura hæc quatuor molarum equinariarum, ſumptibus Xenodochii Civilis, Conſilio vero Nobilium, ac Clariſſimorum Virorum Bartholomæi Prandtner Conſulis, Oswaldi Huttendorffer, ac Joannis de Thau Superintendentium &c. Cura denique Hieremiæ Leutner, nunc temporis Præfecti ejusdem Xeno-*

*Xenodochii, inchoata feliciter, confecta, ac communi patriæ bono conſecrata fuit. Anno MDXCIII.*

Infra: tria ſigilla Conſulis & Superintendentium.

His ſubjacet Sigillum Præfecti Xenodochii.

In prædicta area paulum progreſſi à ſiniſtris videbunt fontem miræ olim artis, cujus Benefactorem loquitur lapis portæ fontis incumbens; in hoc ſcutis Abbatiæ, & Abbatis ſubſcriptum legitur:

Aus Weiland des Hoch-Edl, und Hochgelehrten Herrn Vlrichen Abbtens zu Zwetl, Röm. Kaiſerl. Maj. Rath, Regenden des Regiments deren N. O. Landen, freygebigen, und mildreichen Allmoſen iſt diß, und anderes Gebäu zu der armen Leuth, in der Burger-Spital Nuzen aufgeführt, und dieſes zur danckbahren gedächtnus des ſonderbaren wolthäters aufgerichtet worden. *Anno* 1642.

In area, à tergo hujus fontis, juxta nucem, marmor rubrum parieti immiſſum, ſequentia referens; aliis dubia quidem, quod in urbis commentariis non legantur: aliis minus dubia; quod Senatus Viennenſis mandato, ſubinde lapidi huic inciſa ſint.

*Ao.* 1570. am Tag des zarten Fronleichnambs unſers Herrn Jeſu Chriſti, iſt ein Becken-Jünger, Conrad Haußler genannt, aus Württenbergerland gebürtig, nachdem er das Hochheiligſte Sacrament, ſo in der Proceſſion herumgetragen worden, ärgerlich geläſtert, durch den laidigen Teufel von der Erd erhoben, weit herumgeführt, und bis in den, nächſt dieſen Stein über ſtehenden Nußbaum getragen, und darein niedergelaſſen, hernach aber bis auf die Erd gefallen, und halb Todter, und ſprachloß gefunden worden. Allermaſſen ſolches, die bey dieſer Ausſag im Stadtbuch allhier den achten Auguſti *Anno* 1598. verzeichnet, mit mehrern ausweiſt. zu welches Wunder-Gedächtnuß, dieſer Stain durch ainen Ehrſ. Rath aufzurichten beuolchen worden. den 30. Jenner, *Ao.* 1624.

Subſtantiam facti confirmat liber, cui ſequens titulus:

*Vera hiſtoria de quodam Piſtoris, ac Civis Viennenſis Tyrone per Diabolum Anno* 1570. *ipſo die Corporis Chriſti ex platea ſubducto, & ex nuce hortuli juxta coenaculum poſiti, ſtupentibus omnibus Xenodochii civilis, menſa intra* 11. *&* 12. *horam antemeridianam aſſidentibus, & ex ea, metu perculſis, ſubito ſurgentibus, & omnia videntibus demiſſo &c. Scripta ad benignam requiſitionem Nobilis, prudentiſſimique Viri, Domini Auguſtini Hafneri,*

*neri, Reipublicæ Vienn. tunc temporis* (quo hæc ſcripta; non vero edita ſunt) *Conſulis, atque adeo totius ampliſſimi Senatus &c. à M. Petro Hoffmanno in Archigymnaſio Viennenſi P. P. P. nec non ejusdem pro tempore Syndico & Notario jurato.*

*Viennæ Auſtriæ typis Ludovici Bonoperger in contubernio Agni. Ao. M. DC. IX. in* 4.

Juvenis nomen erat Conradus Zausler, tyro Caſpari Krön, Piſtoris Viennenſis.

Quartam, lateralibus non annumeratis, Hoſpitalis aream terminat poſtica pars Pædotrophii Chaoſiani, cujus muro nigris characteribus inſcriptum:

Zu größerer Ehre GOttes
die freyherrliche Chaoſiſche Stiftung
Fund. 1664.
Renovirt 1722.

In antica Pædotrophii facie, portæ inſiſtunt duo ejus alumni, Hiſpanicam veſtem cærulei coloris induti; in medio rubro marmori inciſum:

A. M. D. G.
Die freyherrliche Chaoſiſche Stiftung.
Fund. 1664.
Renovirt 1722.

Sub

Sub fornice domus, ex latere Pharmacopolii Hoſpitalis, à S. Spiritu nuncupati, in marmore legitur:

*Sub Conſule Georgio Dietmayr, & Superintendentibus Conrado Bramber, & Adamo Hueber, ac Xenodochii Præfecto Auguſtino Wagner hæc Pharmacopoea eſt ædificata. Ao. M. D. C. L. II.*

Ex prædicta area tranſitus eſt ad Eccleſiam, per antiquum Divæ Claræ Monaſterium, in hujus ambitu lapis è rubro marmore muro recentius inſertus ita loquitur:

Als man ſechzehen hundert Jahr
Drey und achzig geſchriben,
Und die unzehlig Türcken-Schaar
Wurd von Wienn abgetrieben,
Gar viel von denen Leuthen seynd
In Grüften da begraben,
Welche wider ſo ſtarcken Feind
Die Stadt verfechtet haben.
Weil ſie als Chriſten-Helden hier
Zeitlichen Todts geſtorben,
Hat in Himmel ihr Seel dafür
Die ewig Cron erworben,
Damit ſie gleichwol in der Welt
Auch immerwehrend leben,
Iſt dieſer Stein hieher geſtellt
Ihr Andencken zu geben.
Im Jahr 1690.

N. 50.

N. 50. Templum S. Claræ. Hujus novo propylæo ſumptibus Imperatricis conſtructo, infra ſtatuam Charitatis inſcribendum foret:

CIVIVM. DECREPITORUM.
PIETATI. ET. CHARITATI.
M. THERESIA. AUG.
F. F.
ANNO. CIↃ. IↃ. CCLXIII.

Nota! quæ in hoc templo ſepulturæ ad præſens inſtitutum faciunt, P. III. p. 20. notata ſunt.

N. 52. à dextris hujus plateæ domus Comica, & ex altero hujus domus làtere paulo inferius ſtatio excubiarum militarium, & poſt hanc Porta Carinthiaca urbem reſpiciens, in qua legitur:

ANNO (L.D.G.R.I.S.A.G.H.B.R.A.A.) 1672.

Supra portam minorem, *buſtum* (ut ferunt) Architecti affabre elaboratum.

CA-

# CAPUT VII.

*Quæ à porta Carinthiaca usque ad Coemeterium S. Stephani obſervanda.*

Num. 53. Kernerſtraſs.

Num. 54. Krug-Straſs, ſeu figulorum. Sequitur à ſiniſtris domus Chaoſiana, cujus inſcriptio paulo ante data eſt.

N. 57. Aula Monaſterii ad Cellas Marianas Auſtriæ ſpectans. In hujus tranſitu legebatur: *R. P. Vitus Perckhover, Abbas in Cellis Mariæ F. F. Anno* 1615.

N. 58. Contubernium Studioſorum aurei montis. In hujus area legitur:

*A. M. D. G.*

*PaVLVs de SorbaIth ſanæ ArtIs DoCtor, has æDes proprIIs ærarIIs ereXIt.*
*Orate pro Ipſo.*

N. 63. E regione Portæ Coeli, Carcer capite periclitantium, vulgo Amthaus, in hoc parvum olim Sacellum, cujus fronti inſcriptum erat:

*Sub*

*Sub titulo Sanguinis Chriſti ad Sanctiſſimæ Trinitatis laudem Auguſtinus Hafner, ſecundum Conſul, Regiæ Maj. Prætor Vien, ædificavit A.* 1608.

Ejus ſcutum.

Sacellum hoc ſub titulo ſanctæ Crucis anno 1637. a Joanne Abbate Scotenſi, ac Epiſcopo Germanicenſi conſecratum, Ao. 1723. ampliatum, & ab Henrico Brättenbücher, Suffraganeo Viennenſi benedictum eſt.

N. 67. Supra novam templi Franciſcanorum januam legitur:

*HoC opVs* DIV*o* H*I*eron*Y*M*o* Benef*a*C*tor*I*s noſtr*I *pIetas e*X*tr*VXI*t.*

N. 68. Superliminari Sacelli trium Regum in Cæſarea armorum officina inſcriptum:

✠. *ReX RegVM In SaCeLLo Iſto aDoratVr.*

N. 71. ad ingreſſum templi Divi Jacobi legitur:

*Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui.* Pſ. 47. v. 8.

N. 77. E regione templi S. Nicolai, Domus Præpoſiti Viennenſis; muro ejusdem lapis inſertus ſic habet:

SUB

SUB. FELICIBUS SEREN. AC POTENT. MATHIÆ II. REG. UNG. ARCHID. AUSTR. MARCH. MOR. ET DESIGNATI IN. BOEM. REGEM. AUSPICIIS. MELCHIOR. KLESEL. VIEN. AUSTR. CATHEDR. ECCL. CONFIR. ET. ANNO. MDLXXIX. IN. MENSE. OCT. INSTALLATUS PRÆPOS. ARCHIGYM. IBIDEM CANCELL. SANCTÆ. ROM. ET VLIS. ECCL. APOSTOLUS. SAC. CÆS. M. CONS. ET. CONC. AUL. FABRICAM. HANC. ERIGI FECIT. An. Dni. MDCIX.

Nota! titulum Epiſcopi Viennenſis, qualis tum jam erat, omiſſum eſſe: Apoſtolum vero nuncupari, in vicem nominis Concionatoris Apoſtolici, quo titulo à Paulo V. Pontifice paulo ante inſignitus erat.

Quæ porro intra ipſam Præpoſiti domum egenda proſtant, vide P. II. fol. 5. inter addenda.

N. 79. In templo Teutonicorum multa pitaphia cernuntur, quorum deſcriptionem hic ſubjicio.

Ad

Ad latus Epiſtolæ primus lapis penes Altare.

Superius:

*Miſerere mei.*

Inferius:

*Joannes Joſephus Philippus S. R. I. Comes ab Harrach in Rohrau, Eques & Magnus Commendator Ordinis Teutonici Balliviæ Auſtriacæ, Commendator Viennæ, Neoſtadii, Græcii, Meretinzii, & Lynzii; duorum Auguſtiſſimorum Imperatorum Caroli VI. Franciſci I. & Auguſtiſſimæ Imperatricis Reginæ Mariæ Thereſiæ à Sanctioribus Conſiliis. Excelſi aulæ bellici Conſilii Præſes. Supremus Exercituum Ductor. Legionis Peditum Tribunus. Obiit Ao. MDCCLXIV. die 8. menſis Aug. ætatis 87.*

Ad latus Epiſtolæ 2dus lapis:

*D. O. M.*

*Eraſmo Chriſtophoro Comiti Starembergio Gundakari filio, Teutonici Ordinis Equiti, Cæſareæ Legionis Tribuno, Vigiliarum Præfecto, Pio, Juſto, Strenuo, rebus per Italiam, Hiſpaniam, Hungariam, Siciliam bene ac fortiter geſtis, Cæſari, Patriæque Probatiſſimo, Guido Comes Starhembergius, Supremus copia-*

*rum Dux, fratris filio Chariſſimo, ad bellicas virtutes feliciter educato.*

*M. H. M. P.*

*Obiit Cibinii in ſtativis ann. æræ Chriſt. MDCCXXIX. æt. XLIII.*

Ad latus Epiſtolæ 3tius lapis:

Den 17. Tagi Aprilis Ao. 1636. iſt geſtorben der Wolwürdige Wolgeborne Herr Herr Bernhardt Herr von Weltz, Freyherr zu Eberſtain, und Spiegelfeldt, Teutſchen Ordens Ritter, und geweſter Commenthur zu Wienn und Neuſtadt, der Röm. Kaiſerl. Maj. Ferdinandi ſecundi Rath, und ligt alhie begraben, deme ſambt allen Chriſtglaubigen Seelen Gott genedig und barmherzig ſein wolle. Amen.

Ad latus Epiſtolæ 4tus lapis:

*Hic jacet*

*Revermus & Illuſtmus* D. D.

*Sigefridus Comes de Saurav. L. B. in Fried. & Veſtenberg. Hæredit. Mareſchallus Styriæ. Teutonici Ord. Eques. Commendator Provincialis Balliviæ Auſtriæ, Commendator Viennæ, Neoſtadii, & in Lech penes Græcium.*

*Qui*

*Teutonum aris dicatus fuit & armis,*

*eaque*

*eaque fortiter geſſit, & verum e Teutonum Ordine Heroem expreſſit.*
*Deinde*
*Auſt. & Styriæ præclare præfuit XVI. annis, Sapientia, & rara Prudentia:*
*Ac tandem*
*Senio fractus, terræ fomes, & vermium comes eſt factus Ao. MDCC. Die XXVIII. Martii.*
*Aetat. LXXII.*
*Cujus oſſibus precare pacem!*
*Animæ vero æternam beatitudinis facem, & abi!*

Ad latus Epiſtolæ 5tus lapis:

In ſupremo margine: *Ao. Dni. MCCCCLIII.* In ſecundo ſpatium pro die vacat; ſequitur: *Obiit honorblis. Vir Dns.* in inferiori: *Nicolaus Senfftenberg.* In quarto: *Presbiter de alta milta hic ſepultus.*

Juxta portam plateæ ad ſiniſtram, lapis Cuſpiniani, altare in hac Eccleſia fundantis, quod jam dedimus P. II. pag. 156.

Ad latus Evangelii primus lapis:

*Soli Deo in Excelſis gloria, & in terra pax Hominibus bonæ voluntatis.*

*Guidobaldus S. R. I. Comes à Starhemberg. Eques & Magnus Commendator Ordinis Teutonici Ballivia Auſtria. Commendator Vienna, Neoſtadii, Gracii, & Meretinzii, S. Caſ. Regiaque Majeſtatis à Sanctioribus Conſiliis. Supremus Exercituum Ductor. Slavonia Prorex. Legionis Peditum Tribunus.*

*Obiit Anno MDCCXXXVII. ætatis LXXIX. die VII. Menſis Martii.*

Ad latus Evangelii 2dus lapis:

Den erſten Tag Decembris des 1568. Jar iſt geſtorben der Erwierdig Edl und Geſtreng Ritter Herr Gabriel Kreützer, Landt-Commentheür Teutſchordens der Balley in Oeſterreich Rö. Kayſ. Maj. ꝛc. Kayſer Ferdinandi hochlöblichſter Gedächtnus geweſter Vice-Statthalter der N. O. Lande, und ietziger Rö. Kayſ. Maj. ꝛc. Kayſer Maximiliani des andern Hofrath, auch Irer Fr. Dur. Erzherzog Carls zu Oeſterreich ꝛc. Rat. und ligt alhie begraben, dem GOtt, und uns allen genedig, und barmherzig ſein wolle. Amen.

Ad latus Evangelii 3tius lapis.

In margine à ſiniſtris: *Et in carne mea videbo Deum Salvatorem meum. Utinam fe-*

*feliciter.* In margine inferiori: *In pace in idipſum dormiam, & requieſcam.* In 3tio: *Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.*

Supremo loco
ſub Corona
IĀ

O GOtt Troſt mein Hoffnung!

Infra:

*Sta! — — Siſte parum, ne perge viator. en lege Reverendi, Strenui Viri interitum, & dicito vale, ſemperque in Chriſto vive!*

Supra ſcutum:

Anno Dni. MCCCCC — am Tag — — ſtarb der Vilwürdig Erbar und Geiſtlich Herr Jobſt Truchſaß, Wayland Lantkommenter des Ritterlichen teutſchen Ordens, dem GOtt geruh genedig und barmherzig zu ſein. Amen.

Infra ſcutum:

*Et vivens cogitet, quid futurum ſit.*

Nota! mortuus eſt A. 1536. XXVIII. Junii. V. Duell. Hiſt. Ord. Teut. P. III. pag. 44.

**Ad latus Evangelii 4tus lapis**

**Chriſtus Mariæ valedicens.**

Infra:

Ao. Dni. MDXXIIII. ließ machen zu ewi- gen Gedächtnus der Lobwirdig Edl und geiſtlich Herr Jobſt Truchſaß von Weczhauſen, Teutſchordenß Land-Comentar der öſterreichi- ſchen Baley, diſe Figur zu Lob und Err GOtt und ſeiner Werden Mueter in die Abſchaidung zu Bethania.

Inferius:

Welcher Chriſten Menſch alle Donnerſtag,
Bedenkhet den Schmerzen, und herzliche Clag
Als JEſus und Maria bayde,
Sich ſchieden ſie mit herzlichen Laide,
Da er das Oſterlamp wollt eſſen,
Das thue in deinem Hertzen nie vergeſſen.
So die Schaidung mit Gebet Erren,
Denen wol GOtt ein ſalig End beſcheren.

CA-

# CAPUT VIII.

## *De coemeterio & templo S. Stephani.*

Prima occurrit porta ſub turri maxima, vulgo dicta Brein, ſeu rectius Primklökelthor, ad hujus ſiniſtram progrediendo ſequentia cernuntur epitaphia:

Ao. Dni. 1573. zu Chriſtl. Gedechtnuß hat der Edl Wohlgelehrt Herr Johann Pampelius, Magiſter, damals der Löbl. Schuell allhie zu Wienn Rector, ihme und der Edlen Ern tugendreich ſeine ehel. Hausfr. Barbara geb. Prandtnerin (welche den 27ten Julii Ermeltes 73. Er aber hernach den 8. Nov. des 79. Jars Gottſee. entſchlaffen) auch denſelben baider eheleiblichen Khindern (deren Begräbnus hierunden) dis Epitaph. aufrichten laſſen.

In primo ſcuto aquila, in alterius tribus partibus anates.

*Sequitur porta Cantorum.*

Ad ſiniſtram portæ hujus, in angulo cernitur tumulus lapideus, cui incumbit jacens ſtatua Neydhardi, qui alias Otto Fichſius, Eques bonæ originis è Franconia

oriundus erat; ſed apud Ottonem Auſtriæ Ducem morionis partes agebat, mortuus circa annum 1334. De hoc vide plura in Hodoeporico Matthæi Cardin. Gurcenſis.

*Ad propylæum templi.*

Zu Gedechtnuß des Edlen hochgelehrten Herrn Jacoben Himelreich, beeder Rechten Doctor, Weilland Kayſ. Ferdin. hochſeel. Gedechtnus geweſten Rath, und Stattrichter, auch Eltiſten des Innern Stattraths alhie zu Wienn, ſo den 8. Jan. des 1570. Catharina ſeiner erſten Hausfr. gebor. Freyslebin, welche zuvor den 1. May des 1555. Jars ſee. entſchlaffen, und derſelben ehelich abgeſtorbenen Khindern, iſt dis Epitaphium aufgerichtet worden, durch auch obbemeldter Conleuth ehel. gelaſſene Söhne Bärtlme Himelreich der Fürſtl. Dhrl. Erzherzog Carls zu Oeſter. Regiments Expeditor und Taxatorn. und Leopold Himelreich ſeinen Brudern der Röm. Khayſerin Camerdiener ꝛc.

In primi ſcuti prima & 4ta parte maſculus, in 2da & tertia leo.

In 2do ſcuto leo portans bipennem.

*Sequitur porta gigantea:*

Hæc ſatis elegans; ſed ipſum propylæum reliquæ operis majeſtati non reſpondet. Viſuntur in hoc ulna Viennenſis & Canon Viennenſis, menſura panis pro nummo; lapis quadratus, qui omnium minimus in tota mole exiſtit. Supra portam giganteam ex uno latere Samſon leonem lacerans, ex altera, ut opinor S. Stephanus, aliæ pone figuræ; item juvenis pedem quaſi læſum ſuſtentans: credo Architecti filium, qui ex pegmate lapſus crus fregerit. Inde fabula exorta Architectum primæ turris, Tyroni ſuo, conſtituto alterius turris ſtructori, decipula vitam ſuſtuliſſe.

Complura alia Epitaphia ſequuntur, inter quæ ad rem noſtram ſequens:

Anno 1562. den 18. Dec. iſt geſtorben der Edl und hochgelehrte Herr Johann Göſl, beeder Rechten Dr. K. K. M. Regimentsrath der N. Oe. Lande, und der Löbl. Univerſitæt alhie Superintendens, ſeines Alters im 63. Jar. Und im 1539. Jar den 7. Dec. ſtarb vor ihm die Ehrſ. tugendhafft Frau Anna, ſein erſte Hausfr., welche vorhin Herrn Weithardten Puellinger der Arzney Dr. auch ehel. gehabt, ſo auch herunden begraben ligen. Ao. 1571.

den 17. Jan. iſt geſt. die Ehrſ. tugendhafft Frau Brigitta ſein anderte ehel. Hausfr. bey der Er 10. Khinder erworben, mit Namen Johann Baptiſta, ſo zu Rom, Wolfgang, Martinus; Item Urſula, Catharina, Magdalena, zu welcher aller Gedechtnus haben obgemeldt Frau Brigitta Gößlin, und ihre Khinder dis Epitaph. laſſen aufrichten.

In primo ſcuto trabs Burgundica, à latere ſtellæ.

In 2do ſcuto ſuper tricolle tres glandes.

*Porta ab Æditwis dicta.*

In hujus atrii muro ad ſiniſtram multa ob rei ineptiam eraſa, aut ablata ſunt, inter quæ illud merito, de quo in MS. Trautſohniano ſic legitur:

Alda iſt an der Mauer ein Tafel, daran *Alexander Magnus* todter abgemahlt; darbey ſtehet:

Jacob Khamper, R. K. M. Schlüſſelamtmann zu Crembs, Ao. 1601.

Oberhalb dieſer Tafel ſeyn an der Mauer dieſe Buchſtaben zu ſehen:

— — — — — — — —

Nota!

Nota! literæ hæ adhucdum extant; ſunt autem Runicæ, ſeu veterum Danorum, quapropter ob defectum ſimilis typi hic exprimi nequeunt.

Infra literæ latinæ, multum jam obliteratæ, hujus tenoris:

*Hic eſt ſepultus de nobili ſtirpe Dux Rudolphus, Fundator.*

Idem forſan Runici characteres exprimunt.

In alio Manuſcripto ſic lego:

*Infra ſcripturam: Hic eſt ſepultus Rudolphus Fundator; in nigra liſta imago, oleagineis coloribus exhibens perſonam coronatam, mortuam, vermibus arroſam, adjectis rhythmis:*

Ein jeder ſich in dieſen Spiegl ſchaut,
Der liebt die Welt, und auf ſie baut.
Dann ein ſolch Geſtalt wird er bekommen,
So er wird von der Welt genommen.
Mir, mir muß alles werden gleich,
Es ſey jung, alt, arm, oder reich.

Ex

Ex latere ſequens inſcriptio:

Schau! ich der große Alexander,
Welcher die Welt, und all ihr Länder
Hab überwunden und gebracht
Unter mein Hand und ſtarke Macht:
Bin endlich durch den grauſamen Tod
Beſtritten, und kommen in Angſt, und Noth,
Wiewohl mein Reich und hoher Gewalt
Samt Gut und Gelderen manigfalt,
Nicht hat mögen beſchrieben werden,
Lieg ich doch elend ietzt in der Erden;
Und hat mein Elend erlangt Ehr durch Waffen,
Mir kein Fried vorn Tod können ſchaffen.
Die König hab ich mit ſtreitbarer Hand
Ueberzogen, und vertrieben aus dem Land;
Jezt hat ſich der Tod an mir gerochen,
Mein goldene Kron, und Scepter zerbrochen.
Ein Wurm war ich in meinen Leben,
Drum ich den Würmen zur Speis bin geben,
Welche das Fleiſch ganz ungewehrt,
Bis auf die dürre Gebein verzehrt.
Krotten, Nattern, und giftige Schlangen
Thun ietzt auf meinen Leib her prangen,
Und verſchonen nicht der Königlichen Glieder,
Schütten ihr Gift auf dieſelben nieder:
Mir war zu eng die ganze Welt,
Mich ietzt ein kleine Tafel bhält.
Gleichwie alle Ding thun zergehen,
And nichts untern Mondſchein ewig beſtehen:

Alſo

Alſo auch der Welt Herrlichkeit
Vergeht, und folgt Jammer, und Leid.
Und den man thät dem Cræſo vergleichen,
Muß letzt dem armen Iro weichen.
Ich war der große Alexander genannt,
Und für das Haupt der Welt erkannt:
Wer ich nun bin, und mein Geſtalt
Schau in dieſer Tafel abgemahlt.
Sieh an mein Leib von Würmern zerfreſſen,
Und lerne zu ſterben nicht vergeſſen.

In ſiniſtro limine interioris portæ immiſſus lapis, palmam longus, & candidus, antiquis characteribus circumſcriptus. Retro hunc lapidem multa feruntur ſacra lipſana recondita. Inſcriptio autem ſequens:

*Hic eſt lapis, ſuper quem effuſus eſt Sanguis ex ſerratione tibiarum S. Colomanni Martyris, quem huc collocavit Illuſtris Dominus Rudolphus IV. Dux Auſtriæ &c.*

Exiens atrium hujus portæ à ſiniſtris videt infra feneſtrellam lapidem muro inſertum, antiquis characteribus dicentem:

Ihr Menſchen geſammt glaubt in GOtt,
Und behalt Chriſti Gebott,
Das die Heiden nicht haben gethan:
Sie betten an die Tatman-Wand,

Die

Die ſie ſelbſt haben bereit,
Davon worden ſie wohl gehait
In dem Hollen-Feuer:
All Freud iſt ihnen theuer.

Nota! Tatman idem eſt, quod Täterman, ſeu idolum.

Infra hunc lapidem intra crates ferreas dicitur fuiſſe tabula SS. trium Regum ex auro fuſa, ſed furto ſublata; nunc ſoli unci ſuperſunt.

A dextris hujus portæ imago gratioſa B. Virginis cum Jeſulo, nunc columnis è lapide eleganter ornata. Infra iconem legitur:

*Mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus ejus, & in capite ejus corona ſtellarum duodecim.* Apoc. 12. *Ad Dei, & magnæ Matris ejus gloriam. Anno MDCXXX.* pone 1547.

Ad ſiniſtram memoria dignum epitaphium ſequitur, quod ſic habet:

Anno Domini 1552. am 20. Jan. ſtarb der Erſ. und Weiß Michael Schabenrießel Burger zu Wienn, und Salzer allda. Catharina ſeine erſte Hausfr. ſtarb den 6. Junii im 29. Jahr, und

und Frau Helena die andere ſtarb am 8. Sept. in 1555. Jahr.

In primo ſcutô ſuper tricollè caput apri, cum cultro venatorio in roſtro.

*Porta Templi dicta* Adlerthor *ob aquilam turri imperfectæ impoſitam.*

Hinc ad ſiniſtram procedendo reperies epitaphium Celtis, Wupfeldæ in Franconia nati A. 1459. 1. Febr. Anno 1487. prima Maji Norimbergæ primus è Germanis Poëtica lauro à Friderico III. Imp. donatus eſt. Eandem ſubinde artem diutius Viennæ profeſſus, ibidem mortuus & ſepultus eſt.

Epitaphium ſic habet:

DEO OP. MAX.
CON. CELTI PROTUCIO POË. OSTRO FRANCO
EX TESTAMENTO PIE POSITUM.

In laurea VI VO corona

Θ AN. CHRISTI M. D. VIII. II. NON. FEBR.
VIXIT AN. XLVIIII. DI. III.

In lauream ſuam ſic ipſe ſcripſit:

*Si me non pietas, virtus, doctrina coronant,*
*Ecquid proderit hæc nexa corona mihi?*

Con.

Conſpicitur ſubinde cathedra S. Joannis Capiſtrani, in marmore infra ejus ſtatuam legitur:

*S. Joanni à Capiſtrano Ord. Min. S. Francisci Reg. Obſerv. Prodigioſo e Lapideo hoc Suggeſtu. Ao. 1451. Eccleſiaſti. Orthodoxæ fidei lumini. Hæreticorum vindici. In virtute SS. nominis* IHS. *Turcarum fulmini. In honoris teſſeram vetus hoc monumentum, quaſi collapſum, Conventus FF. Minorum ad S. Hieronymum, benefactorum adjutus ſubſidiis, Majorum Templi, & urbis permiſſu, reſtItVIt: InnoVaVIt: & apposIta noVa tantI Contra OttoMannos HeroIs StatVa, DeCoraVIt.*

In ipſa cathedra legitur:

Auf dieſer Canzel hat der Heil. Johannes Capiſtranus, Franciſcaner-Ordens, Ao. 1451. öfters geprediget, und vielfältige Wunder gewürket.

Renovirt, und mit der Bildnuß des Heiligen gezieret im Jahr 1738.

Inde ſiniſtrorſum ſequuntur hæc Epitaphia, quæ ad brevem Vindobonæ Notitiam attinent.

Hic

Hie ruhet der Edl-Geſtreng, und hochgelehrt Herr Mathias Püchelmayr, beeder Rechten Dr. Röm. Kayſ. Maj. geweſter Rath, und N. Oe. Regiments-Rath, und der Löbl. Univerſität allhie Superintendens.

In ſcuto ſupra tres colles obliquos urſus. Erat natione Bavarus, Dorfenſis.

Der Edl-Geſtreng und hochgelehrt Herr Michael Eham, Vien. Auſtriacus, beeder Rechten Dr. Kayſ. Maj. Rud. II. Reichshofrath, hat dieſes Epitaphium zur Gedächtnuß für ſich, ſeine lieb Eltern, Ehefrau, und Khinder, die hierunter alle in Gott ruhen, aufrichten laſſen den 1. April. *Ao.* 1608.

In ſcuto: duorum murorum pinnæ.

Nota! Erat Conſ. Regim. & bis Rector Univerſitatis.

*Catharinæ Reicherin, Hallenſi, uxori, una cum tribus filiis Chriſtophoro 1mo. Chriſtoph. 2do. & Gabriele, pignorib. Chariſſ. hic qeſcenti. Georg Eder U. J. D. Cæſ. Maj. Conſ. & Fiſci Auſtriaci Advocatus, Academiæ Vien. quartum Rector, Maritus, & Pater P. ⊖ 1. Aug. 1559. Vivant Deo!*

In primi ſcuti prima parte, & 4ta duæ obliquæ faſciæ; in 2da & 3tia gryphus.

In 2do ſcuto rota S. Catharinæ.

Paulo poſt ſequitur Epitaphium Tenknagelii Palatinæ Bibl. ſub Ferd. II. Imp. Præfecti, quod ſic habet:

SEBASTIANUS TENGNAGL, ICTUS NATIONE BELGA, PATRIA GELDER, DOMO BURANUS. IMP. RUDOLPHI II. MATHIÆ I. FERDIN. II. A.A.A. CONSILIARIUS, BIBLIOTHECARIUS, SENATUS R. P. VIENNENSIS PRÆFECTUS. VIR DISERTUS, ET LINGUARUM XV. PERITUS. VIDEL. HARUM: HEBRAICÆ, SYRIACÆ, CHALDAICÆ, PERSICÆ, ARABICÆ, TURCICÆ, ÆTHIOPICÆ, GRÆCÆ, LATINÆ, ITALICÆ, GALLICÆ, HISPANICÆ, GERMANICÆ, BELGICÆ, ANGLICÆ. SED HEU! TOT LINGUAS IN UNO VIRO, MAXIMO PHOEBI, ET MUSARUM MÆRORE SÆVA MORS INTERCLUSIT PRID. NON. APR. AO. MDCXXXVI. ÆTATIS EJUS ANNO LXIII. JACET HIC CUM CONJUGE URSULA BLOTIA, NATA UNGELTERIN A TEISSENHAUSEN, SUEVA, IDIBUS MAJI ANNO MDCXXVIII. DEFUNCTA.

ABI LECTOR, ET HORUM MANIBUS ÆTERNA GAUDIA APPRECARE!

*Wenceslaus Cornax ad fratrem extremo morbo laborantem Olomucio evocatus, deſiderio ejus vix menſem ſuperſtes, communi hoc monumento illatus quieſcit. Vix. an. 63.*

*Mathiæ Cornaci Philoſopho, Archiducumque Medico, libris, & exemplis poſteritati relictis, Aulæ, urbis, ſcholæque moerore mortuo III. Kal. Decembr. 1564. H. G. M. R. Vixit annos 56.*

In ſcuto 1. & 4. loco urſus, in 2. & 3. quaſi tria mala granata.

Nota! Erat Rector Univerſ. 1552.

Ao. 1574. den 6. May ſtarb der Edl, und Ehrenveſt Herr Georg Prandſtetter, R. K. M. Rath, Burgermaiſter, Stadtrichter, und des Innern Raths alhie.

Ao. 1537. den 28. April ſtarb Catharina ſein erſte Hausfrau.

Ao. 1568. den 27. Febr. ſtarb Anna ſein anderte Hausfrau.

In ſcuti ſiniſtra parte Phœnix, in dextra urſus facie humana.

Ao. 1599. den 13. Febr. iſt geſt. der Edl, und Ehrenveſt Bartholome Prandtner, des Innern Raths, auch geweſter Burgermaiſter,

Stadtrichter, und Ober-Stadt-Camerer in Wienn, und liegt da begraben.

In 3. ſcuti partibus anates. Tria item uxorum ſcuta ſubjecta.

*D. O. M.*

*Nob. D. Victori Gamp. J. V. D. Rom. Hung. Boh. Regis Ferd. Conſil. ac Fiſci Auſtr. Advocato, fide grata ac induſtr. praecl. Magdal. ux. fideliſſ. cum liberis ſuperſt. non ſine lachr. P.P. ⊖ a nato Jeſu 1535. 29. Julii. Vixit ann. 46. menſ. 4.*

In ſcuto gryphus.

Nota! Fuit Rector Univerſ. 1516. & Syndicus Civitatis.

*Andreae Pacheleb Patri amantiſſ. Joh. Baptiſta Pacheleb, filius moeſtiſſ. P. ⊖ Ao. Sal. 1540. 5. Junii.*

In 1. & 4ta ſcuti parte canis anſeris collum aprehendens.

In 2da & 3tia leo ſuper quatuor trabes jacentes.

Nota! Fuit Andreas Judex civitatis circa ann. 1520.

Joannes vero Pacheleb, Vien. J. U. Dr. Conſil. Reg. Fiſci inf. Auſtr. Advocat. Lector. Jur. Civilis primarius, Rector Univ. 1544. En ejus epitaphium!

Der Edl Ehrenveſt und hochgelehrt Herr Joan. Baptiſta Pachelew, zu Obern-Walthenſtorf, baider Rechten Dr. Röm. Khayſ. auch zu Hung. und Böh. Kön. Maj. geweſter Camer Procurator, Hoff, und Reichshoffratt, iſt den 3. July Ao. 1560. entſchlaffen.

Ao. 1487. 11. Cal. Maji ⊖ Mgr. Paulus Urſchenbekh ex Dekkendorf.

Nota! erat hic Art. & Med. Doctor, bis Rector Univ.

Ao. Domini 1532 den 3. April ſtarb die Erſ. tugendhaft Frau Barbara, Herrn Wolfgang Trew, der Zeit Burgermaiſters zu Wien Gemahl.

In ſcuto ſuper tricolle duo brachia cataphracta complicata.

A tergo ſacri theſauri, 10. myſteria paſſionis Dominicæ e lapide ſculpta, ferreis cratibus munita, ſingulis ſingula ſenatorum nomina ſubjecta, videlicet:

Bartlme Prandtner, Burgermaiſter.
Rubertus Scheller, Stadtrichter.
Hannß von Thaw, der Elter.
Johann Prunner, Doctor.
Hannß Seiß, Ober-Stadt-Camerer.
Oswald Hüttendorfer.

 Vlrich

Vlrich Khrenn.
Georg Fürſt.
Philipp — —
— — — —

Poſtremorum nomina imber incidens obliteravit.

Structa hæc ſunt A. 1580. vel 1581.; his enim ſolum annis nominatus Conſul, & Judex conveniunt.

*Sequitur Chriſtus in monte oliveti.*

Superius 4. ſcuta. In primo Monogramma, ad latera 1502.; nempe annus ſtructuræ. In 3do ſuper pinnaculis muri Monoceros; in tertii tribus loculis lilia; in 4to tres mallei. Media ſcuta videntur eſſe Mariti, & uxoris, hujus ſtructuræ authorum. Duo extrema ſcuta ſunt Magiſtri Eccleſiæ, Leonhardi Lackner Ao. 1517. defuncti, & hic ſepulti, atque uxoris ejus primæ.

En ejus epitaphium à ſiniſtris oliveti!

*Anno Domini 151Λ.*

*Den dritten Tag Octobris ſtarb der Erſam Weiſ Herr Lienhart Lackner, der Zeit Kirchmaiſter des wierdigen Goczhaus. Dē Gott genedig, und barmherzig ſei.*

Scutum princeps (nempe familiæ Lacknerianæ) faſcia, inſtar fluvii, oblique ſecat.

Infe-

Inferius tria minora ſcuta: in medio monogramma, inſigne Magiſtri Eccleſiæ; à dextris gallus, inſigne 2dæ uxoris, à ſiniſtris tres mallei, inſigne primæ Conjugis; ut ex eorum epitaphiis marmori huic incumbentibus liquet. E regione epitaphium filii, vel conſanguinei, in quo legitur:

Hie ligt begraben der Edl und Veſt Herr Franz Lackhner, Burger, und des Innern Staatsraths alhie, welcher geſtorben iſt den 9. Tag Octobris Ao. 1571. ꝛc.

Supra: Adam & Eva e Paradiſo ejecti, & Chriſtus patres ex limbo liberans, cum textu:

*Confidite! ego vici mundum.* Joan. 16.

Infra: Maritus cum uxoribus, & prolibus, atque ſuo, & uxorum ſcutis. Subtus:

*De manu mortis liberabo eos: ero mors tua inferne.* Oſ. 13. v. 14.

*Poſt intervallum aliquod.*

Hie ligt begraben der Edl und Veſt Leopold Gartner, Burger, des Innern Raths, auch geweſener Stadtrichter alhie, ſo den 2. Sept. Ao. 1603. verſchieden, ſammt ſeinen beeden Hausfr. Sophia geb. Rueſſin, die den 2. Aug.

Ao. 1583. und Catharina geb. von Thaw, die den . Tag Ao. . entſchlaffen.

In ſuperiori parte ſcuti gryphus, in inferiori duæ faſciæ obliquæ.

Rurſum à porta, Breinklecklthor dicta, Eccleſiam circumeamus!

Viſebatur non diu abhinc à ſiniſtris, antiqua e quadrato lapide columna, perpetuo, ut vulgus loquitur, lumini deſtinata; ſed hæc anno 1767. ruinam minitans, e fundamentis ſublata eſt, nullo veſtigio, vel ortus, vel uſus ſui reperto.

In exteriori muro templi S. Magdalenæ, & Sacelli S. Virgilii, varii lapides, & monumenta hodiedum cernuntur; ſed quæ ad præſentem Notitiam haud pertinent. Dicebatur hæc Capella olim: die Schreiberzäch unter dem neuen Cärner. Inde aliqui plateæ Carnerſtraſs nomen deducunt; ſed minus recte: in antiquis quippe documentis nunquam legitur Cärner, ſed Kernerſtraſſe. Hoc Sacellum ſubinde à S. Eraſmo nomen tulit, cujus ara ibidem exiſtit, & Martyrium ſuperliminari portæ inciſum eſt: poſterius à S. Helena, cui ibidem ara quoque ſurrexit, compellata eſt; ſerius etiam crypta S. Magdalenæ. *Vide Tabul. Beneficii S. Magdalenæ.*

Quæ

Quæ Parte I. Vindobonæ, defectu documentorum alibi ſervatorum, de antiquitate templi S. Magdalenæ, in hoc coemeterio ſiti, docere non valui; iis nunc obtentis, benignitate Revdmi. Dom. Antonii de Vernay, ejus Eccleſiæ Adminiſtratoris, hic ſuppleo.

Sacellum S. Virgilii, modo S. Helenæ, Sacrario templi S. Magdalenæ ſubjectum jam extitiſſe An. 1305. P. I. p. 130. docui ex literis Wernhardi Epiſcopi Pataviensis, & An. 1307. ex literis Chunradi Salisburgenſis Archi Epiſcopi; in quibus tamen duntaxat ſcribitur *Capella S. Virgilii in Cœmeterio S. Stephani.*

Reliquum: *Sita in Crypta Eccleſiæ S. Magdalenæ, quondam dicta: die Schreiber Zäch unter dem neuen Cärner*, Patris Bernardi Pez verba ſunt, quibus tamen præter τo *Cryptæ Eccleſiæ S. Magdalenæ*, ad modernum ſacelli ſitum indicandum tantummodo adjectum, fidem habeo; cum jam An. 1304. Wernhardus Pataviensis Epiſcopus laudet pietatem Cœtus Notariorum Viennenſium, qui fundavit miſſam quotidianam; citra dubium in capella S. Virgilii. Vide Pez. cit. P. II. p. 201.

Jam ſic arguo: de templo S. Magdalenæ in cœmeterio S. Stephani, nullum in tabulario hujus beneficii documentum invenitur ante annum 1338; adeoque usque ad id circiter

temporis templum S. Magdalenæ non exſtitit. Cum vero Fraternitas Notariorum in dies creſceret, & capella Virgiliana iis capiendis impar eſſet, Eccleſiam S. Magdalenæ ſuperſtructam exiſtimo; unde etiam deinceps non amplius nominatur die Schreiber Zech unter den neuen Chärner; ſed ober den neuen Chärner. Ita legitur in literis datis An. 1354. Item An. 1366. in quibus additur: auf dem Freydhof aller Heiligen Dombkirchen zu Wienn: atque adeo per *Carnarium* non Cœmeterium; ſed oſſuaria proprie indigitatur; quid enim cœmeterio, in cœmeterio opus? Item in literis An. 1368. datis. In aliis de An. 1383. primum conſpicitur ſigillum, cui inſculpta S. Magdalenæ figura, quam ambit inſcriptio: *S. Zeche Notariorum Wienne.* Clarius loquuntur literæ Catharinæ Polley, Viduæ, eodem anno die Veneris ante Pentecoſten exaratæ, conſtituentes anniverſarium, *in der Sand Marie Magdalene Zech auf dem neuen Chärner, auf Sand Stephans Freythof.* Item literæ Waltheri von Pauern datæ 1393: *der bruderſchaft gemein der Schreiber-Zech auf dem neuen Chärner in Sand Marien Magdalenen Chapellen, gelegen auf Sand Stephans Freithof.*

An. 1422. in literis ſigillum cum figura S. Magdalenæ. Item An. 1473. & 1479.

In

In literis An. 1554. legitur: *Beneficiat* an der Hanſſ Eggker-Stift, der Erbern Schreiber Bruderſchaft auf den Neuen Khärner.

An. 1581. legitur: Der Ernveſte Auguſtin Hafner, diſer Zeit Zechmeiſter, und eine ganze Bruderſchaft der Schreiberzech Sand Johannes Orden, auf den Neuen Cárner.

An. 1588. 19. Junii, legitur: Contractus Maximiliani Perger, Verwalter S. Johannes der Schreiber Bruderſchaft zu S. Maria Magdalena auf den Neuen Khärner in der Stadt Wien.

Nota additionem *S. Joannis* indicare novum beneficium in templo S. Magdalenæ, in honorem S. Joannis, & commodum Fraternitatis fundatum à Joanne Eggker; nunquam enim antea hoc nomine fraternitas compellatur.

An. 1577. Fraternitatis hujus leges innovatæ ſunt, inter quas numero 4. conſtituitur; ut pridie majorum feſtorum Matutinum decima noctis inchoetur. V. Coſmogr. Auſtriaco-Franciſc. P. Placidi Herzog. pag. 13.

An. 1603. adhucdum legitur: Schreiber Bruderſchafft Zechmaiſter.

Quando hæc fraternitas exſpirarit, necquidquam inveſtigavi.

In

In Regiſtro Monialium S. Claræ, ubi nunc Xenodochium Civium, pag. 231. ſcribitur, ad A. 1336. *Zwen Phaphen*, *Caplan datz S. Marien Magdalenen*, veniſſe ad Cancellariam fundi, ut vocant, domus cujusdam cauſa; ſed non liquet, an ſermo ſit de templo S. Magdalenæ Monialium extra Scotorum portam; an de Eccleſia S. Magdalenæ in cœmeterio S. Stephani.

Capellam S. Virgilii conſecratam, & pluribus Sanctis Tutelaribus gaviſam fuiſſe indicat Chunradus Salisb. Archi Epiſcopus in literis A. 1307. datis, quibus dictam capellam viſitantibus impertit indulgentias in die Dedicationis, & diebus Patronorum Ruperti, Virgilii, Udalrici, ac quatuor feſtivitatibus B. Virginis.

Nonnulla ibidem epitaphia cernuntur; ſed quæ hic referre non intereſt: quandoquidem ad capellam illam, præter diem Commemorationis OO. Fidel. Defunctorum acceſſus nunquam patet.

Juxta portam S. Magdalenæ, cui ſuperſcriptum An. 1509. ſtatua S. Joannis Nepomuceni, cum epigraphe, vere Chriſtiana.

DIVe

DIVe Pater! noſtrIs qVæſo sIs
FaVtor aMICIS:
NeC non offensIs hoſtIbVs, oro, faVe!

O groſſer Wunderthäter!
Bitte für unſere Feündt, und Freündt.

Statuam hanc An. 1732. excitavit Perilluſtris Dominus Georgius de Reütter, Muſices ad S. Stephanum Director.

Fronti portæ exterioris Cantorum inſcriptum:

*Divo Stephano, Patrono hujus Eccleſiæ,*
*Regnante Leopoldo I. Rom. Imperatore.*
*M. D. C. LXXV.*

Eo loco, ubi nunc habitatio Præfecti Eccleſiæ, erat fornix commiſſus domui, Brandſtatt dictæ, quam incolebant Sacellani Canonicorum. In hoc fornice duodecim utrinque feneſtræ, & cœmeterium verſus, tres ingentes, ſtatuis ornatæ, ex quibus per octavam dedicationis Eccleſiæ, ſacra Lipſana oſtendebantur, & explicabantur; unde eidem nomen Heiligthumſtuhl adhæſit: nunc nomen hoc unacum Necrographo ad profundam, ut ajunt, foſſam translatum eſt.

Huic

Huic domui adhærec habitatio Aeditui; juxta portam à ſiniſtris lapidi inciſa præcepta Decalogi hoc tenore:

Das ſind die X. Gebott:
Du ſollſt glauben in ein GOtt.
Nenn nicht eitel bey ſein Nahm.
Bleiſſich veyer den Veyertag.
Hab lieb Vatter und Mutter.
Nicht tödt den Menſchen.
Bis nicht ein Ehebrecher.
Du ſollſt nicht ſtellen.
Nicht biß ein falſcher Zeüg.
Begehre nicht, des andern Weibs
Und des Guts eines andern.

In eodem muro dextrorſum magis, conſpicitur è rubro marmore lapis, Romanam ſpirans ætatem.

In hoc infra figuras mariti, uxoris, ac prolis intermediæ, legitur:

Titius Finitus vivens fecit sibi,
et Jucundæ Civis filiæ, conjugi,
Anno XL.
Nempe ætatis ſuæ.

Inde usque, e regione Eccleſiæ per totum cœmeterii ambitum, complura erant epitaphia muris infixa; ſed quæ ob recentius exſtructas Epiſcopi, & Canonicorum, atque Teu-

Teutonici ordinis, Sacræ item Curiæ ædes, partim ſublata, partim translata ſunt. Juvat tamen etiam horum poſthuma memoria.

Hie ruhet der Edl geſtreng, und Hochgelehrt Herr Carl Stredele beeder Rechten D. R. K. M. geweſter N. O. Regiments-Rath, und der Löbl. Univerſitet alhie Superintendens, ſo in GOtt ſeel. entſchlaffen im Jar 1598. den 26. 7br. ſamt ſeiner Ehel. Hausfr. Catharina geb. Pamplin, ſo auch in GOtt see. entſchlaffen den — Tag A. —

In ſcuti primo latere trabs obliqua cum lemniſcis, in altero gryphus.

*D. O. M. S.*

*Joanni Alexandro Braſſicano Pho. & J. C. Johanis humanar. lit. Prof. filio. memor. & pietat. ergo. Joann. Ambroſius Braſſicanus J. C. ex fratre Joan. Ludovico Nepos J. C. P. C. Ao.* 1574. ⊖. *Ao. Sal.* 1539.

*Franciſco Emerico Medicæ artis linguarumque peritia eximio, fide ſingulari docendo, operandoque felici, præcipuo Gymnaſii hujus ornamento, mortali vita, annos* 63. *menſes* 8. *pie functo. Ao. autem Chr.* 1560. *VII. Cal. Junii defuncto, Patri & Avunculo B. M. hæredes ex teſtamento ejus PP.*

In primi ſcuti triangulo ſtella. In ſecundi ſcuti primo & quarto loco equus; in 2. & 3. in tribus triangulis ſingulæ ſtellæ.

*Sophiæ Philippi Gundelii J. C. filiæ, Franciſci Emerici Medici uxori ſecundæ, incomparabilis pietatis, quæ ex primi partus difficultate, in ipſo flore ætatis, & ſpe ſumma, mortalitatem exuit. Anno a Chriſto nato 1559. die 20. Jan. cum vixiſſet annos 18. menſ. 7. dies 16. ex teſt. Maritus P.*

*Annæ Conjugi chariſſ. diuturnis corporis affectib. divina quadam patientia toleratis, afflictiſſ. Maritus, Franciſcus Emericus Med. Dr. Ordinarius Practicæ Profeſſor. S. R. Regis Maxim. Conſiliar. ob conjugalem conſtantiam, candorem, & integritatem, quarto ſuo Archigymnaſii Vien. Rectoratu, in Chriſto defunctæ, mæſtiſſ. poſuit Ao. 1555. 19. Febr.*

*O mea, quæ vivis Chriſto nunc dulciter, Anna!*
*Aſpera mors abiit, vita perennis adeſt.*

Iterum duo ſcuta: in primo ſtella in triangulo. In 2do tres piſces.

*D. O. M.*

*Andreæ Perlachio, Styro, ſummæ eruditionis Mathematico, ac Medico, pietate, moribus, ingenio integerrimo, hic ſito, qui vixit ann. 60. menſib. 7. dieb. 24. deceſſit 11. Junii. Ao. Chr. 1551. Philippus Gundelius Jure Con. XL. ann. jugi amicitia illi junctus poſuit.*

In ipſa S. Stephani Baſilica Epitaphia plurima; ex iis complura à me jam tradita vide: P. I. p. 198. p. 260. 261. 265. 266. 268. 270. 271. 274. 275. 277. 279. 280. P. II. in addendis fol. 7. P. III. toto capite V. & pag. 188. 189. & 197.

Ex reſiduis ea ſolum adfero, quæ aliquem ad Partium priorum capita reſpectum habent.

Subeamus ergo per portam, ab Aquila dictam ipſam Baſilicam, atque in ea ductum Manuſcripti Trautſohniani ſequentes, dextrorſum procedamus! Præter alia, ad rem noſtram non facientia, oculis ſe noſtris offerent, quæ hic noto.

*Ambroſio Salzero cum humanarum, tum ſacrarum literarum in Archigymn. Vien. totis annis 42 ſolertiſſ. & fideliſſ. Explicatori. Ejusdem Academiæ V. Ter. M. Rectori. Cathed. Eccleſ. ibidem Canonico. Viro pietate, ſtudio puræ caſtæque religionis, ſapientia, humanitate, benignitate erga omnes præſtanti, feliciter, & ſancte in terris mortuo 3. Iduum Junii Ao. 1568. Æ. S. A. 92. Execut. M. H. in vita ipſius PP. C.*

*Hac cubat Ambroſius ſacra Salzerus in æde.*
*Pars templi, & celebris pars veneranda ſcholæ.*

*Qui vitam Doctor præcepit, & egit honeſtam,*
*Nunc pia mens coelum poſſidet, oſſa ſolum.*

In ſcuto ſuper tricolle columba.

Hie ligt begraben der Edl und Veſt Herr Matthæus Prew, dreyer Röm. Khayſer Ferdinandi, Maximiliani, und Rudolphi in die 50. Jahr geweſter Rath, Hoff- und N. Oe. Buechhalter, auch Stadtanwald alhie zu Wienn, iſt den 19. Febr. Ao. 1597. im 80. Jahr ſeines Alters chriſtlich abgeſchaiden.

In ſcuto Monoceros.

*Ao. Dni.* 1497. 24. *Aug. obiit clariſſimus & egregius Vir, Liberalium Artium Profeſſor, & in utroque jure Licentiatus, Mgr. Joan. Meneſtorfer.*

Erat Syndicus civitatis 1485.

Hie ligt begraben der Edl und Veſt Hr. Hans Vbermann, K. K. M. geweſter Rath, und Burgermaiſter, und Ober-Stadt-Camerer alhie zu Wienn, ſo den 20. Apr. im 1570. Jahr, im 70. Jahr ſeines Alters verſchaiden. Ao. 1547. im Monat Febr. ſtarb Margaretha ſein erſte Eheliche Hausfr. Ao. 1561. im Monat Oct. ſtarb Elena ſeine anderte Eheliche Hausfrau. Ao. — ſtarb Catharina, gebohrne Haunſpanin ſein dritte Ehel. Hausfr.

In ſcuto Leopardus priori pede falcatam teenns lunam,

Ao.

Ao. Dni. 1494. am Eritag in den Oſterfeyrtagen umb mitten tag iſt geſtorben der Erber Sigmund Gwalzhofer, Burger zu Wienn, und leit hie begraben.

In ſcuti ſuperiori campo rubro leo, inferior campus flavus.

Nota! erat Magiſter Monetæ in Auſtria.

Sequitur Epiſcopus Joan. Faber, cujus epitaphium dedi P. II. inter addenda fol. 7.

*Ao. 1430. in Vigilia Epiphaniæ Domini obiit honeſtus Vir Ehricus Gundloch, Civis Viennenſis, & Magiſter Eccleſiæ hic ſepultus.*

In ſcuti ſiniſtra parte 2. faſciæ ſtantes.

Forſan Ulricus Gundloch, qui fuit etiam Magiſter Monetæ 1420.

Hujus familiæ erat Colonienſis curia, & ſacellum SS. Philippi, & Jacobi; dein etiam Gundlhof, prius domus Straſſeriana.

Ao. 1521. den 16. Tag des Monats Sept. iſt geſtorben der Ehrſamb Laurẽz Hüttendorffer, Burger zu Wienn hie begraben.

In ſcuto maſculus ſuper tricolli conchas tenens.

Nota! Erat Judex Civ. ab Ao. 1496. per 7. annos.

Der Edl und Ernveſt Herr Lorenz Hüttendorffer, R. K. M. geweſter Rath, und Stadtrichter, auch des Innern Stadtraths und Ober-Camerer alhie, ſtarb den 7. Tag Martii Ao. 1565. Frau Sophia, gebohrne Thumshüernin ſein Ehel. Hausfr. iſt geſtorben den 20. Tag Decemb. Ao. 1573. erzeugten 16. Khinder, verließen nach ihren Todt im Leben 10.

In ſcuti 1. & 4. maſculus, in 2do. gryphus, in tertio leo.

Sequitur Canzleri epitaphium, quod tamen in MS. ſic habet:

*Ao. Chriſtianæ Salutis* 1503. *die* 27. *menſis Februarii, carnis debitum perſolvit Venerandus Vir, Dns. Virgilius Canzler, Salisburgenſis, hujus Cathedralis Ecclæ. S. Stephani, præpoſitus, ſtudiique Vien. Cancellarius digniſſimus, cujus aia qeſcat feliciter. Amen.*

Genuinam lapidis inſcriptionem dedi P. III. pag. 188.

*Prope Sacrum Veſtiarium.*

Dieſe Figur hat laſſen machen die Ehrn tugendſame Frau Dorothea Paurin Herrn Hanſen Pauern, der Zeit R. K. M. Stadtrichter in Wienn Ehel. Hausfr. Ao. 1605.

Hans Charg, und Maria Chargin ein gebohrne Prunhoferin hat diß Epitaphium ihren Herrn Endl zur Gedechtnus renovieren laſſen im 1618. Jahr.

Infra

Hieneben ligt begraben der Edl und Ernveſt Matheus Prunhofer, R. K. M. geweſter Rath, und Burgermaiſter dieſer Stadt Wienn, ſo den 23. Tag Febr. des 1567. Jahr in GOtt verſchaiden iſt, vnd Margretha ſein Ehel. Hausfr. die den — Tag im — Jahr auch ſeel. verſchaiden iſt. ꝛc.

In primi ſcuti primo & 4to. loco canis, in 2do. & 3tio. pinnacula muri.

In 2do. ſcuto caput equi cum cultro in ore, prope ſicut Schabenrieſelii.

*D. O. M. Sacr.*

*Joanni Rockner, Civi Vien. ſacræ hujus ædis Cuſtodi, ejusque Conjugi Magd. Parentibus chariſſimis, Paulus hujus templi Decanus, & Vincentius Rockhner Patriæ Protonotarius, fratres germani pie religioſeque in ſempiternam memoriam locarunt Ao. Salutis* 1556.

NB. Dieſes ſtehet ober der Sacriſtey zur rechten Hand. Ita MS. Trautſohnianum.

In primo ſcuto maſculus ſuper tricolle manibus frutices geſtans.

In 2do ſcuto ſuper pinnaculis muri 2. ſtellæ.

Supra aram S. Udalrici Organum pneumaticum, quod ad ingreſſum Sacrarum Majeſtatum reſonat; huic inſcriptum:

*Ductu Senatus hujus urbis, impenſis templi Divi Proto-Martyris Stephani, Patroni Viennæ primi, hoc inſigne Muſicum Organum à Burchardo cognomine Täſchlinger, ejus Artis Apollineæ Magiſtro Primario conficitur Anno* 1507.

Paulum infra:

*Attonitam modo ſi cui mulcent organa mentem*
*Muſica, & ornatos expetis usque ſonos;*
*Eja age, nunc ſubeas lætus ſublimia templa:*
*Hic tua, quod docte perbibat, auris habet.*

E regione hujus ſupra aram SS. Petri, & Pauli alterum organum pneumaticum, Ao. 1336. perfectum. Supra organum ſtatua prominet; non ædilis, ut reor; ſed Authoris Organi.

Tertium organum arte & ornatu eximium, è regione Oratorii Cæſarei quotidie in uſu eſt.

Quartum in urbe, forſan & orbe maximum, implet chorum ſuper portam giganteam, quod multis florenorum millibus paucis abhinc annis excitatum & ornatum, à morte artificis tacet.

*D. O.*

*D. O. M. S.*

*Thomæ Reſch Cremſenſi Art. lib. Doctori. Vati Laur. ac ſacr. lit. Licent. hujus ædis Canonico An. Chr.* 1520. *Vien. mort.* Reliqua legi nequeunt.

Infra

*Quidquid habent Latiæ numeroſa volumina linguæ*
*Edidici, Sophiam, carmina ſacra, Deum.*
*Virtutem adjunxi, reliquorum præmia, Tellus*
*Vanæ, Deus morum non peritura dedit.*

In ſcuto olla.

*Ao. Dni.* 1477. *die lunæ* 27. *menſis Decemb. obiit Venerabilis ac egregius Artium & Decretorum Doctor Jodocus Hauſner ex Novo foro, hujus inſignis Ecclæ Canonicus, hic ſepultus.*

In ſcuto caput cum myſtacibus.

Nota! Fuit hic Adminiſtrator Præpoſituræ in abſentia Alberti Comitis de Schaumburg. Rector Magnificus Ao. 1464.

Dem Allmächtigen zu Ehren, ſeinen lieben Eltern, ihme, ſeiner Hausfr. Khindern, und Geſchwiſtrigten, zu Chriſtl. Gedechtnus hat der Edl hochgelehrt, und veſt Herr Steffan Schwarz, der Rechten Doctor, beeder, weilland hochlöbl. Gedechtnus Khayſer Ferd. I. und iezt der R. K. M. auch zu H. und B. Königs Maximil. II. in

in die 31. Jahr N. Oe. Regiments, und Reichs-Hoffrath, diſes Epitaphium in ſeinen Leben aufrichten laſſen, welcher hernach ſeines Alters im 75. Jahr den 24. Jan. im 1575. in GOtt ſee. entſchlaffen, und in diſer Löbl. Kirche bey St. Anna-Altar, neben ſeinen Eltern, Khindern, und Geſchwiſtrigten begraben ligt ꝛc.

In ſcuto tria Maurorum capita.

Nota! Fuit Rector Univerſ. 1538.

*Ao. à nato mundi Salvatore 1550. ipſis Calend. 8bris Reverendus, ac præexcellens Vir Dns. Georgius Hyetter artium, ac Phlæ Mgr. hujus almæ ædis Cathedralis Canonicus, de Vien. Academia optime meritus, ſuum diem extremum clauſit.*

Nota! Fuit quater Rector Academicus, oriundus ex Gaubitſch.

AN. DOM. MCCCCLVII. OBIIT SERENISSIMUS PRINCEPS DOM. DOM. LADISLAUS REX UNGARIÆ, BOEMIÆ, DUX AUSTRIÆ, MARCHIO MORAVIÆ, CLAUSITQUE EXTIMUM DIEM IN PRAGA, IN DIE CLEMENT. NOV. XX.
REQUIESCAT IN PACE,
AMEN.

Dieß ſtehet an einer alten Tafel, daran König Ladislaus ſamt den Wappen gemahlter zu ſehen.

*Sub-*

*Subtus:*

*Hoc opuſculum compilatum eſt ad honorem & laudem Dei omnipotentis per Johanem Hohenbaum inſervitorem ſer̃mi principis Regis Ladislai ad perpetuam memoriam inventum. Oremus pro eo.*

Hæc ex MS. Trautſohn.

*Sepultura*

*Nobilis Dom. Pauli Wideman, Prætoris Cæſarei, ejusdemque Conjugis dilectiſſimæ Barbaræ Haſnerin An.* 1621.

Hæc in aurichalco ſcripta ſunt.

*Johanes Prielmayr U. J. D. inſignis Eccleſ. Canonicus, & Maximil. Cæſari à Sacris Miniſter, in hac ſacra æde diſtrictum Tribunal Chri. cum tota poſteritate expectat.* ⊖ 17. 8*br. An.* 1539.

Nota! erat Rector Univ. An. 1526. Lincio ortus.

*In Sacello S. Catharinæ.*

Epitaphium Epiſcopi Antonii Wolfrath, quod dedi P. I. p. 268.

An. Dni. 1443. am Suntag unſer Fr. Tag, da ſie empfangen iſt, ſtarb der Edl Veſt Ritter Hr. Stephan Würſing, der Zeit des Raths zu Wien, dem Gott gnad.

An. 1450. am aller H. abend iſt geſt. Fr. Barbara des Edl veſten Ritter Herrn Stephan Würſing Wittib, der Gott Gnad.

In ſcuto duæ ſtellæ. Erat judex Civitatis. An. 1430.

*In Sacello S. Xcis* erant ſequentia epitaphia.

*An. Dni.* 1506. am Mittwoch nach Bartholomei iſt geſt. der Erber Sigmund Sibenwürger, Burger zu Wien, dem Gott gnadt.

*Oſſa Sigismundi hoc recubant tumulata ſacello,*
*Cui tellus nomen Tranſylvana dedit.*
*Marte, togaque fuit non civis inutilis urbi,*
*Cujus & aſſeruit Cæſar uterque fidem.*
*Auxit opes æquo, mentem pietate, ſalutem*
*Officio, gravis eſt, qui capit aſtra, labor.*

Am Altar darneben.

*Hic Sigmundus habet ſua buſta recondita Lector!*
*De ſeptem caſtris nomina clara trahens.*
*Marte, togaque fuit non civis inutilis urbi,*
*Cujus & aſſeruit Cæſar uterque fidem.*
*Hanc Tabulam vivus ſincera mente locavit,*
*Atque aram: hæc claris ſplendet imaginibus.*
*Flectere equos melior ſibi nemo novit in arte,*
*Et campos rapida pervolitare fuga.* 1507.

Erat judex Civitatis hujus An. 1493.

In ſcuto Eques.

Hic

Hie unden ligt begraben der Edl Jörg v. Tirna, der lezt des Nahmens, dem Gott Gnadt, und iſt geſt. Ao. D. 1478. am St. Agnes tag ꝛc.

Er in Khuriß abgemahlt.

Der Schild an der Mauer, in quo ſupra faſciam bini lunæ quadrantes.

Nota! Sacellum hoc à familia de Tyrna primo conditum eſt.

Epitaphium Cuſpiniani prius intra, nunc extra Sacellum P. III. pag. 70. recenſui; huic ante nomina Liberorum MS. Trautſohn. addit:

*Anna Putſchia Joh. Cuſp. Cæſ. Max. Conſiliarii Conjux: Ex quo octo peperi liberos, hic in Chro quieſco, expectatura Tubam Archangeli in extremo judicio. Deus opt. Max. mihi miſereatur! Vixi autem ann.* 28. *dies* 18. *mortua ante diem An. Sal.* 1513. *die* 17. *menſ. 7br.* –

Scutum: maſculus cum ligone.

Agnes, altera Conjunx.

In ſcuto X. litera cum cruce in ſuperiori crure.

Cuſpiniani ipſius ſcutum primum: Brachium cum clava Hung. in altero literæ CMP. *vel* CMↃ ut in ejusdem lapide in templo Teutonico cernitur.

In eodem S. Crucis ſacello ſibi & ſuæ familiæ ſepulturam legit Guilielmus Rechberger,

Ma-

Matheſ. Prof. Med. Dr. Perſonæ Auguſtæ Archiater, Egenburgenſis, quinquies Rector Univerſitatis, infra altare B. V. Natæ, quod priori aræ S. Morandi ſubſtituit.

Extra ſacellum S. Crucis, in muro ſupra interiorem æditui portam, Gothicis exaratum literis:

*Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium,*
*Et vocabitur nomen ejus Emanuel.*

Penes Capellam S. Blaſii, nuptiis deſtinatam, lapis parieti infixus exhibet Sacerdotem ad aram facientem cum inſcriptione:

*Ao. Xrſti MCCCCCXII. moritur Pr. digniſſim. Pontificalium jurium Profeſſor inſignis, Joannes Keckman in Retza progenitus, enutritus in Haugſtorff, & gregis Dominici paſtor in Stätz, Wienneque liberaliter eruditus, dn̄ici verbi ſeminator erat honorificus, hoc tumulo in Dno ſepultus, cujus āia Deo vivat.*

Rector Univ. 1496. & 1502.

Nota: Qui in Catalogo Rectorum Univerſitatis A. 1507. 1511. & 1515. ſub nomine Keckman occurrit, huic nomen erat Joan. Heckman, Oſtro Francus, Canon. Viennenſis. Eckio tamen in ſua diſputatione (ut ajunt) Viennæ habita, ob clamores non placuit. V. Hiſt. Vien. Univ. Conſp. P. II. p. 91.

An

An der Seullen neben der Canzel ſtehet ein Tafel, daran Königs Stephani, Ladislai, und S. Emerici Bildnus, und darunter:

| | | |
|---|---|---|
| *Salve Sancte Stephane Rex & Apoſtole Ungarorum.* | *O felix Confeſſor Chri Ladislae, Rex Ungarorum.* | *Ave flos ex Regia ſtirpe S. Emerice Rex Ungarorum.* |

Darüber hangen 8. und gegenüber auch 8. Helmb, und Schild.

Sic legitur in MS. Trautſ.

*Intra Crates ferreas ad majorem aram:*

*Clariſſimi D. Jo. Kaltnmackrter Jurium, & Theol. D. Ratisbon. Patav. ac Vien. Eccleſiarum Canonici, infra Onaſum Officialis Epitaphium (ductu Magiſtri Georgii Pesler editum) qui obiit ultima April. Ao.* 1506.

N. ter Rector Univ. Vien.

*Ao. noſtræ Salut. Chriſtianæ* 1506. *die* 14. *menſ. Jan. ſupremum diem obiit famatiſſimus Medicus Barthol. Steber Vien. Phil. & Med. Dr. egregius. Cujus ãia quieſcat in pace.*

*Hypocratis normas, & ſenſa profunda Galeni,*
*Et quæ Romani, & quæ docuere Arabes,*
*Novi, & grata fuit; ſed & utilis ars mea multis:*
*Hoc non artis erat vincere poſſe necem.*

Nota! Rector erat Univ. 1490.

Ver-

Verſus laudatos Lazius tribuit epitaphio Caſpari Griſsnpeck A. 1475. defuncti: ſed mea opinione, minus rectè.

Im 1545. den 10. 9br. verſchied der wollgeborne Herr Leonhardt Freyherr zu Vells, Röm. zu H. und B. Kö. Maj. gehaimer Rath, Camerer, Hoffmaiſter, Landshauptmann an der Etſch, Burggraf zu Tyroll, und Ober-Veld-Hauptmann in Ungarn, Windiſchen, und N. Oe. Landen ꝛc.

Ipſe cataphractus marmori inciſus. Supra legitur:

UT LEO MAGNANIMUS CONFERTUM FERTUR IN HOSTEM,
IN BELLO TALIS DUX LEONARDUS ERAT:
AC VELUT INGENTES DURISSIMA NEGLIGIT ICTUS
PETRA, SIC HOSTILES PERTULIT IPSE MINAS.

*Ao. Dni. 1491. quarta feria ante Palmarum obiit Venerabilis egregius Vir S. Theol. Profeſſor M. Andreas* ( Schuechler ) *de Pottenprun, hujus Ecclæ. Canonicus, hic ſepultus.*

Nota! Rector Univ. Ao. 1469. alibi Schueſſel nominatur.

*Ao. Dni. 1467. in vigilia Simonis, & Judæ obiit venerabilis Pater Dnus. Nicolaus* ( forſan

de

de Auln, aliis Aulon) *de Holnpruna, Cuſtos & Canonicus hujus Ecclæ, hic ſepultus.*

Nota! bis Rector Univerſ.

*Ao. Dni.* 1453. *die vero primo menſis Julii obiit Venerabilis ac egregius Vir, Mgr. Dietmarus Hindernpach, Art. & Med. Doctor, Canonicus Ecclæ Pataviensis, & Plebanus in Kirchberg ſuper Wagram.*

Nota! Fuit ter Univ. Rector.

*Hic tumulatus eſt Venerabilis ac egregius Vir Dns. Paulus Rogkner, Vien. hujus Ecclæ. Decanus ac Canonicus bene meritus, qui deceſſit die* 8. *menſis Octobr. Ao.* 1521. *Vixit ann.* 50.

In ſcuto maſculus cum ſpicis ſiliginis.

*A ſiniſtris aræ majoris:*

Ao. Dni. 1502. an Samſtag nach unſer Frauentag der Schaidung iſt geſtorben des Erſam und Weiß Thoman Burger, der Zeit Münzmaiſter des Vales, und Burger zu Wien ſein Hausfr. Helena.

Allhie ober den eiſernen Gatter hangen in der Höhe 2. alte Fähn, 8. Schildt, Reichsapfel, Cron, Scepter und Schwerdt, darbey ſtehet an einer Tafel alſo:

Ao.

Ao. Dni. 1439. in vigilia S. Simonis et Judæ obiit Sereniſſimus Princeps, Albertus V. Romanor. Ung. et Bohemiæ Rex. &c. glorioſiſſimus Dux Auſtriæ, Styriæ &c. fideliſſimus Marchio Moraviæ &c. in Alba Regali ſepultus.

Darneben in anderen Gang hangen abſonderlich 3. alte Fähn, und 5. Schildt, und ſtehet an der Tafel alſo:

Nach Chriſti Geburt 1463. Jar am Freytag vor St. Niclastag iſt geſtorben der durchleuchtig Fürſt Albrecht Erzherzog zu Oeſtr. zu Steyr ꝛc. Grav zu Tyroll.

*Item à ſiniſtris aræ majoris.*

Hie ligen begraben Gabriel Guettrather, der Rechten Licentiat, und Frau Catharina ſeine Ehel. Hausfr. 1529.

Nota! erat Rector Univ. & Syndicus Civitatis, ac Conſul.

Ad aram B. V. poſt Card. Cleſelium.

*Ao. Dni. 1366. obiit Dns. Leopoldus de Sachſengang, plebanus in Ruſpach, olim plebanus in Wien: Dominica die, qua cantatur Exurge, hic ſepultus, Requieſcat in pace.*

*Se-*

*Sequitur Alexander Præp. & Card. cujus epita. V. P. III. p. 188.*

*Ao. Dni.* 1477. *die lunæ* 22. *menſ. Dec* ⊖. *egregius artium, & Decretorum Doct. Mgr. Joan. Goldner ex Novo foro.*

Nota! Rector Univ. Vien. 1471.

*Ao. Dni.* 1400. *nona die 7br.* ⊖. *Dns. Joh. de Chranperg, Decanus hujus Ecclæ hic ſepultus.*

*Ante aram ſanctæ Crucis.*

Prope Monumentum Friderici Imp. lapis ſepulchralis trium nominatiſſimorum civium, quos Leopoldus IV. Archidux, ob ſeditionem pro Erneſto fratre contra ſe excitatam, capite multari juſſit. An. 1408. 11. Julii.

Inſcriptio:

*Sta, fle, plange, geme mortalis homo, lege, diſce,*
*Quid labor, atque fides, quid mundi gloria, quid ſpes*
*Prolis, divitiæ, quid honor proſit, tribuatque!*
*Ecce brevi ſaxo tres cives cerne ſepultos:*
*Conradum Vorlauff, Kunz Ramperſtorffer, & Hans Rock.*
*Magnificos etenim cunctis hac urbe priores,*

*Officiis celebres, quos virtus, nomen honoris,*
*Emeritos vexit; fortunæ ſed rota fallax*
*Acephalos feria dedit una, quos amor unus*
*Foedere civili conjunxit ſic; quod utrinque*
*Hic prior, ille prior contendunt flectere colla:*
*Suſtulit infauſtum ſed Vorlauff, tunc prio-*
*ratum.*

*Ao. Dni. MCCCC. octavo,* am Pfingſttag *poſt Margarethæ.*

Tria ſcuta: in medii ſcuti ſuperiori campo crux; inferior vacuus. A dextris ſcutum cum tribus arboribus ſuper tricolle. In tertio ſcuto à ſiniſtris, medius leo.

Nota! eorum corpora prius humata erant, ubi nunc dimidiata turris eſt.

Infra Oratorium Cæſareum ara S. Floriani à D. Guilielmo de Mannagetta, Auſtriaco Wilhelmſpurgenſi Phil. & Med. Doctore, trium Auguſtorum Archiatro, ſepties Univ. Rectore poſita, juxta quam ſibi & familiæ ſuæ ſepulturam legit. Ipſe mortuus Ao. 1667. 31. Maji.

Ao. Dni. 1507. an St. Sixtentag iſt geſtorben der Edl Friderich Gelrich v. Rauenſpurckh, etwann Burgermaiſter hie zu Wien. Nach Chr. unſers lieben Herrn Gebuertt 1495. iſt geſtorben die

die Erber Frau Angnes, des Erſ. weilland Friderichen Geldrich die Zeit Burgermaiſter zu Wien Hausfr. des Mittichen nach St. Gilgentag.

In primo ſcuto 3. rubri vertagi.
In ſecundo ſuper tricolle trifolium.

Ao. Dni. 1548. den 15. Oct. ſtarb der Edl Veſt Wolfgang v. Edlaſperg, R. Kön. M. Hansgrav im Oeſtr. unter, und ob der Enns.

Ao. Dni. 1541. den 13. 7br. ſtarb der Edl Veſt Chriſtoff v. Edlaſperg, R. Kön. M. Salzambtmann in Oeſtr. unter der Enns ꝛc.

In ſcuti 1. & 4to. loco montes ignivomi, in 2do & 3tio gryphus.

Pater horum erat Ladislaus, in Senatu Vien. interiori, & Judex Civitatis, mortuus circa An. 1536.; à quo veroſimiliter domus cum ſpecula, beüm Lasla am Luegeck compellata, nunc Föderlhof ſtructa eſt. Pater illi Petrus, qui ex Auſtria Superiore in Hungariam deſcendens, poſt partas divitias Viennæ ſedem fixit, mortuus 1497. Hunc conditorem nominatæ domus Lazius ſcribit.

*Ao. Dni. 1529. die 18. menſ Junii obiit ſubſepultus clariſſimus Vir, Art. & Theol. Profeſſor, Lector ordinarius, atque Canonicus &*

*Cuſtos Eccl. hujus*, D. *Doctor* Chriſtoff Khülber, ex Gräz.

Imago ejusdem.

Nota! Erat ſexies Rector Univerſitatis.

Sequitur epitaphium Epiſcopi Slatkonia, quod vide P. I. p. 257.

Ao. Dni. 1476. an St. Philipps, und Jacobs tag iſt geſt. der Edl Veſt Merth Enthaymer, Burger zu Wien.

Nota! Erat Judex Civit. & Conſul.

Ao. 1600. den 17. Febr. iſt in Gott entſchlafen der Edl und Veſt Herr Paul Steurer, des Innern Stattraths, auch geweſter Burgermaiſter, und Richter allhie, und ligt allda neben ſeiner erſten Hausfr. begraben. Volgendt Ao.— iſt auch in Gott verſchieden die Edle Ehren tugendreiche Fr. Anna geb. Lüthanin, ſeine andte Hausfr. Vnd Ao.—iſt geſt. der Ernveſt Paull Hierſch, des aufferen Raths, ihr andter Ehewiert, Burger und Tüechler.

In Steureri ſcuto 2. aquilæ.

Sequitur epitaphium Rosmanni datum P. III. p. 189.

Epi-

Epitaphio Rosmanni imminet lapis hac cum inſcriptione:

*Hic Stephan Gundel, ſocia virtute Senator,*
*Vir, cui ulla quies vix aliquando fuit.*
*Virque, cui ſane ſexdenos tresque per annos,*
*Indefeſſus erat nocte dieque labor.*
*Poſt conſummatos tandem cum laude labores*
*Multos, nunc ipſe eſt hicce locatus humo.*
*Unde Viator ei requiem dic, quaſo perennem!*
*HoC ProLes LVgens, & geMebVnDa petIt.*

E regione aræ Virginis Immaculatæ, epitaphium, quod, quia nimis oculis ſubjectum, prætermittere nolui, & ſic habet:

In apice nomen JESU
infra:

VENI DE LIBANO SPONSA MEA!
VENI CORONABERIS.

Subtus B. Virgo à SS. Trinitate coronata, infra quam ſepulti ſtatua genuflexa: ex altera parte ejus ſcutum, in quo Capricornus.

*Hoc epitaphium, dum viveret, pie de morte cogitans ſibi poſuit Reverendus Dominus Henricus Aininger, Suevus, Canonicus & Cuſtos Sacrarum Reliquiarum hujus templi S. Stephani Viennenſis, qui poſtmodum Ao. Domini*

1596. *die Menſis* 23. *Sept. ex hac vita exceſſit. Cujus anima requieſcat in pace.*

Ao. Dni. 1518. den 19. tag Febr. ſtarb der Erſam Weiß Jobbſt Nagel, Stattrichter zu Wien 2c.

In ſcuto Monoceros.

*Hic requieſcit Admodum Reverendus, Nobilis & Clariſſimus Vir Dns. Balthaſar Scultetus, SS. Theol. Dr. Protho-Notarius Apoſt. Wratislavienſis, Viennenſis, & Niſſenſ. Canonicus, & Archigymnaſii quartum Rector. Obiit* 24. *Martii* 1613.

Nota! Catal. Rect. Univ. eum Officialem Patavienſem nominat; ſed tantum vices geſſit Ao. 1596.; ut Acta Fac. Artium docent.

Ao. 1517. am Sontag des H. Creyzes Erfindungstag, ſtarb der füerſichtig Erſ. Weiſe Wolfgang Liephart, Münzrichter, alhie mit ſeiner Hausfr. begraben.

In ſcuto canis.

*Leonardo Villino, Styro, Philoſopho, Theol. Doctori ac Profeſſori eximio, Cathedralis hujus Eccl. Canonico, Sanctarumque reliquiarum Cuſtodi vigilantiſſ. de Repub. literaria, multis nomi-*

*nominibus, deque Catholica Eccleſia bene merito, Viro in primis Reverendo, Erudito, pioque, Teſtamenti ejus Executores fideliter PP.* Θ. 11. *Dec.* 1567.

In ſcuto duæ roſæ trabe inclinata intermedia.

Nominatus vernacula lingua Höffler, Styrus Leibnizenſis, ter Rector Univ.

Gott zu Ehren. Frauen Roſina Ederin, gebohrnen Gerchingerin v. Augſpurg, ſeiner geliebten Ehel. Hausfr., ſo den 18. Junii Ao. 1573. in Gott ſee. abgeleibt, und alhie unter ihres erſten Herrn, Doctor Egydi Neubeckhens Stain begraben ligt; zu Chriſtl. Gedechtnus hat Herr D. Geörg Eder, der R. K. M. Reichshoffrath diſe Tafel aufrichten laſſen. Welcher hernach den 19. May Ao. 1587. auch geſtorben 2c.

In primi ſcuti 1. & 4to. loco 2. trabes inclinatæ, in 2do & 3tio gryphus.

In 2do. ſcuto leo ſceptrum geſtans.

Supra duas in templo S. Stephani trabes diverſa cernuntur ſcuta, galeæ, &c. Hæc Joannes Raſch, in libro de rebus Auſtriacis anno 1589. edito, aſſerit, ex inſcriptione eſſe ſigna Ducum, & Archiducum in Crypta Ducali, & duobus aliis templi locis ſepultorum. Si iſta veritati congruerent; præter Cryptam Ducum notarent ſepulturam Friderici Ducis anno 1362. defuncti, pone aram principem ſepulti, & tumulum Friderici III. Imp. juxta aram majorem Crucifixi.

Sed ſuperat ſcutorum numerus numerum hic ſepultorum; neque quidpiam ſcriptum reperitur, niſi in unica tabula ibidem appenſa, quam in meo conclavi, benevolentia perilluſtris Domini de Zallhaimb inſpexi. Ea ſolius Alberti VI. Archiducis mortem conſignat, & ſic habet:

*Anno Do. M°. C°C°C°C°LXIII. ſexta feria ante feſtum Sčti Nicolai obiit Sereniſſimus Princeps Albertus Archidux Auſtrie. Stirie. &c. Comes Tirol.*

Ex adverſa parte legitur:

Nach Chriſti Geburth dauſent vier hundert drey und ſechzigten Jahr, am Freytag vor Sant Nicolas tag, iſt geſtorben der durchlauchtig fürſt Albrecht Erzherzog zu Oeſterreich, zu Steyer, Graf zu Tyroll.

Ego

Ego veram ſcutorum huc poſitorum occaſionem me deprehendiſſe opinor in libro Bibliothecæ urbis noſtræ, cui titulus Kayſerl. Leucht-beſenkung Frid. III. publica Authoritate tum edito; quem in Speculo Hon. Fuggeri à Birkenio ad verbum prope deſcriptum invenies pag. 1075.

Solennes pro Friderico III. Imp. exequiæ celebratæ ſunt A. 1493 7. Decembris, Viennæ, in Cathedrali ad D. Stephanum Baſilica.

Sacrum pro defuncto cantavit Fridericus Archi-Præſul Salisburgenſis: aliud ſubinde votivum de B. Virgine, ut vocant, Epiſcopus Veſprimienſis; nempe Joannes Viteſius, tunc etiam Viennenſis Antiſtes, ut ex P. I. p. 255. conſtat.

Hoc Sacris operante ad offertorium proceſſere Rex Maximilianus, Principes ac Comites Imperii, vel eorum legati.

Hos ſequuti Epiſcopi ſub Auſtriæ tutela conſtituti: Chriſtophorus Paſſavienſis, & Georgius Chiemenſis; Epiſcopus Viennenſis, & Neoſtadienſis, Mathias Seccovienſis cum Suffraganeo Gurcenſi.

Nota hic! Epiſcopum Viennenſem poni ordine, quo ad Eccleſiam, non autem ad offertorium proceſſit; non enim mihi perſuadeo

eundem tum ad aras facientem, etiam dona obtuliſſe, qui eadem ſuſcepit; ut mox videbimus.

Ne tamen hæc Viennenſis Antiſtitis in acceſſu templi prærogativa, tanquam loci Antiſtitis, Seccovienſi Epiſcopo quidquam derogaret; ſolenni diplomate ſequenti anno cavit Maximilianus Rex; ut P. I. p. 253. demonſtratum eſt.

Epiſcopos ſequuti ſunt Abbates & Præpoſiti Religioſorum ordinum.

Mox octo fæciales, in quorum veſtibus Aquila, cum inſignibus Auſtriæ inferioris, Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, Portus Naonis, Auſtriæ Superioris, Comitatus Cilejæ, cernebantur.

Poſt hos Comes Hugo de Werdenberg primus Regis Conſiliarius, & Wilhelmus de Pappenheim S. R. I. Mareſchallus hæreditarius.

Denique Provinciarum deputati:

*Auſtriæ Superioris* Wolfgangus de Loſenſtein cum vexillo. Bartholomæus de Starhenberg cum caſſide. D. N. de Strein cum ſcuto. Equum ad portam usque templi, ſicut & cæteri Stratores, deduxere Wilhelmus de Loſenſtein, & Caſparus de Wolckenſtein.

*Mar-*

*Marchiæ Vindicæ* vexillum Andreas Catzianer. Caſſidem Georgius Loës. Scutum Georgius Scheuer.

N. Türck, & Andreas de Sinconetſch equum.

*Pheretis* vexillum Chriſtophorus de Zinzendorf. Caſſidem Eraſmus de Hohenfeld. Scutum Chriſtophorus de Hohenfeld.

N. Hauſer, & Wolfgangus de Rorbach equum.

*Portus Naonis* vexillum Conradus Ferber. Caſſidem David de Weisbriach. Scutum Wieck de Hukenbach.

Gandolph. de Schaumburg, & N. de Lembach equum.

*Kyburgi* vexillum Joannes Gradner. Caſſidem Chriſtophorus de Lamberg. Scutum Andreas de Raming.

Joannes de Aſpach, & Chriſtophorus Zündler equum.

*Burgoviæ* vexillum Erneſtus de Welden. Caſſidem Albertus de Welden. Scutum Georgius Mareſchallus de Bibrach.

Vitus de Rechberg junior, & Ulricus de Knöringen equum.

*Alſatiæ Superioris* vexillum Antonius de Yſſon. Caſſidem Vitus de Rechberg ſenior. Scutum Bartholomæus de Mörsberg.

Wolffgangus de Lochen, & Antonius de Wilsberg equum.

*Tyrolis* vexillum Georgius de Caſtelwart. Caſſidem Sigismundus de Niderthor. Scutum Matthæus de Spauer.

Adamus de Fraindsberg, & Leo de Niderthor equum.

*Habſpurgi* vexillum Joannes de Montſax. Caſſidem Wolfgangus Herolsburger. Scutum Otto Oberheimer.

Leopoldus de Neideck & Sigismundus Schifer equum.

*Carniolia* vexillum Wilhelmus de Auerſperg. Caſſidem Volkartus de Auerſperg. Scutum Georgius de Lamberg ſenior.

Georgius de Lamberg junior, & Andreas Gallen equum.

*Carinthiæ* vexillum N. ſenior de Liechtenſtein in Muraw. Caſſidem Wolfgangus de Kraigd. Scutum Adrianus de Greiſeneck.

N. Mordax, & N. Gradecker equum.

*Styriæ*

*Styriæ* vexillum Joannes Saurer de Saurau. Caſſidem Fridericus de Stubenberg. Scutum Henricus Prüſchenk.

Duo juvenes N, N. de Liechtenſtein in Murau equum.

*Auſtriæ Inferioris* vexillum antiquum N. Senior de Scheftenberg, nomine abſentis Comitis Sigismundi de Schaumburg.

Vexillum novum Chriſtoph. de Liechtenſtein.

Caſſidem antiquæ formæ Sigismundus Prüſchenk. Caſſidem novæ formæ Hartmannus de Bucheim.

Antiquum ſcutum Stephanus Eizinger. Novum Wenceslaus Oberdorfer.

Primum equum Georgius de Sternberg, & N. ſenior de Zelking.

Secundum equum N. junior de Zelking, & N. de Strein.

*Hungariæ* vexillum N. de Ollerbach. Caſſidem Zekel Jacob. Scutum Scezi Niclas.

N. Kitſch Croata, & Lasla Hungarus equum.

Præcedente cum aureo ſcipione S. R. I. Feciali (Herold Germanice, ſeu Ehrenhold) N. Romreich in veſte aurea, cui S. R. I. aquila intexta erat, portabat

Ro-

*Romani Imperii* vexillum inverſum Henricus Dux Saxoniæ. Caſſidem Ericus Dux Brunſchwicenſis. Scutum Jacobus Marchio Badenſis.

Equum regebant Chriſtophorus Comes de Werdenberg, & Comes Henricus de Fürſtenberg.

Hæc omnia, equis jam prius deductis, tanquam piæ oblationes, Viennenſis Eccleſiæ Antiſtiti Sacrificium peragenti conſignata ſunt, qui ea, dein ſupra duas in templo S. Stephani trabes, tanquam tot anathemata ſuſpendit.

Anno 1630. ut docet MS. Trautſohnianum, pendebant adhuc in his trabibus octo ſcuta & caſſides ex una, & totidem ex altera parte: tot nempe, quot in exequiis Friderici III. Imp. oblata ſunt. Succeſſu temporis addita his ſunt quinque ſcuta, Alberti VI. cum tabula, mortis annum, & diem indicante, quæ prius ſupra crates ferreas Sacrarii, teſte eodem MS., affixa erant. An huc etiam translata ſint 2. vexilla 8. ſcuta, pomum Imperiale, corona, ſceptrum, & enſis Alberti V. Imp., quæ prius item ſupra crates ferreas Sacrarii, è regione Alberti VI. Archiducis, ſuſpenſa erant, ignoro. Nunc in tota Eccleſia præter ſigna in trabibus conſpicua, nulla alia reperiuntur. Quæ autem in his trabibus hodiedum cernuntur, ſunt

ſe-

ſequentia: Friderici III. ſcuta ſuperius enumerata omnia, præter Hungaricum, quod tamen ex conventione cum Uladislao Hung. Rege 1491. Budæ facta, eidem certo competebat, & in funere prælatum eſt. Alberti VI. quinque: Auſtriæ inferioris, Auſtriæ ſuperioris, Carinthiæ, Tyrolis, Habſpurgi: ſed coloribus vel vetuſtate, vel pictoris ignorantia immutatis.

Addidiſſem ego Manuſcripto Trautſohniano alia anno 1630. recentiora epitaphia; ſed præter Epiſcoporum, Præpoſitorum, Decanorum, & aliorum, ſuo jam loco deſcriptorum, rem noſtram attinens non accepi, niſi Perilluſtris Dni. de Mayenberg, Univerſitatis Superintendentis, quod muro Eccleſiæ à tergo cathedræ nuper admodum affixum eſt, & ſic habet:

*D. O. M. S.*
*Illuſtri Viro Frid. Chriſtoph. Nob. Dom. de, & in Mayenberg.*
*Trium Imp. Leopoldi, Joſephi, Caroli.*
*Nec non Regnantis Imperatric. Mariæ Thereſiæ Conſil. & Cancellario Regiminis inf. Auſtriæ.*
*Qui*
*XIIII. Sept. M.DCCXLII. æt. LXXVII. pie in Domino obiit.*
*Et Conjugi ejus*
*Illuſtri Dom. Mar. Roſinæ de Mayenberg, natæ de Hirneis,*

*Quæ*

*Quæ*
*XI. Julii MDCCLXIIII. æt. XC. animam Deo reddidit.*
*Optimis*
*De ſe & Repub. præclare meritis, in hujus Metropolitanæ Eccleſiæ Crypta ſepultis Parentibus.*

*Hoc grati animi monumentum tres relictæ proles.*

*Joſ. Ant. Nob. Dom. de Mayenberg S. C. R. A. M. Conſil. Regim. Inf. Auſtr.*
*Maria Helena de Gall, & M. Thereſia de Stibar*
*ambæ natæ de Mayenberg*
*mæſti poſuere.*
*Anno Salutis MDCCLXV. menſe Novembri die 9.*
*R. in pace.*

Pone aram S. Theclæ, remota ſede confeſſionali cernitur epitaphium Magnifici Domini Pauli de Sorbaith, Belgæ Hanonienſis, Artium & Medicinæ Doctoris, Imperatricis Eleonoræ Viduæ, Perſonæ Medici, & Praxeos Profeſſoris primarii, A. 1669. Univerſitatis Rectoris.

In apice Epitaphii ſcutum, in cujus dextra parte duæ aves, infra aquila biceps: a ſiniſtris arbor.

Subtus

Subtus legitur:

DE STERCORE ERIGENS PAUPEREM.
Pſalm. 112.

*Paulus de Sorbeit in Belgio natus, hic denatus,*
*Muſicus, Orator, Philoſophus, * Miles, Medicus,*
*Profeſſor, Archiater, Rector Magnificus.*
*Mendicus, Nihil.*

*Muſicus fui, ut bonam vitæ menſuram ſervare,*
*Orator, ut me ad bonum vitæ epilogum dirigere,*
*Miles, ut dura tolerare,*
*Medicus, ut aliis ſerviendo me conſummere,*
*Profeſſor, ut alios promovendo me deprimere,*
*Rector Magnificus, ut privilegia defendere,*
*Aulicus, ut aliis, non mihi ſervire diſcerem.*

*At amara mors*
*& ad Muſici modulationes,*
*& ad Oratoris perſuaſiones,*
*& ad Philoſophi argumentationes,*
*& ad Militis comminationes,*
*& ad Profeſſoris lectiones,*
*& ad Medici Receptiones,*
*& ad Rectoris defenſiones,*
*& ad Aulici mortificationes,*
*Surda me rapuit.*



* Fuit A. 1683. ſub Turcica oppugnatione Ductor Palladis armatæ.

*Nunc Mendicus ſum, & Nihil.*
*Rogo te, ora pro me!*
*Obiit Anno* 1691. *die* 29. *Menſis Aprilis*
*Ætatis LXVII. Annorum.*

Inferius ipſe ante crucifixum genuflexus cernitur.

Juxta, aliud epitaphium ſic habet:

In apice ſcutum,
quod duos leones pyramidem tenentes refert.

Subtus legitur:

Allhier ligt begraben der Wohl-Edl, und Geſtrenge Herr Michael Kern, der Röm. Kay. Maj. geweſter Rath, und Buechhalter, welcher den 27. Julii Anno 1667. im 64. Jahr ſeines Alters geſtorben, deme GOtt gnädig, und barmherzig ſeyn wolle, Amen.

Sol. *Volat hora ſine mora.* Clepſydra.

*Sol celer eſt, at ſole tamen velocior hora:*
*Hora ſtetit nunquam; ſol aliquando ſtetit.*

Schnell iſt die Sonn in ihren Lauf
Noch ſchneller iſt die Stunde:
Dan die laſt ſich nit halten auf,
Die Sonn wohl aber ſtundte.

Es

Es fliegt die Stund ganz ohne Zill,
Laſt ſich nit widerruffen,
Der du vorbey gehſt, ſtehe ſtill,
Hilf jenen, ſo dir ruffen.

In ima abſide horologium, duodecimam notans.

Lapis alius, prius pone columnam, perpetuo, ut vulgo dicebatur, lumini ſervientem jacens, nunc loco non ſuo, ſic habet:

*Ferdinando Friderico Illmer de Wartenberg.*
*S. C. M. Perſonæ Medico.*
*Univerſitatis Rectori Magnifico.*
*Viro in Medicina expertiſſimo.*
*Et Profeſſori Jubilato.*
*Nec non Parenti dilectiſſimo.*
*Matri quoque amantiſſimæ.*
*Chriſtinæ Illmerin, natæ Millerin.*
*Fratrique Chariſſimo*
*Joanni Adamo Illmer, J. U. Dri.*
*In perpetuam Memoriæ theſſeram*
*Poſuere Hæredes*
*Año Domini MDCXCIX.*

Nota! Rector Univerſitatis electus 30. Novembris 1684. Infra ſcutum.

In dextra parte ſcuti duo maſculi, in altera 2. trabes transverſæ.

Quandoquidem aliorum, qui ad datam de Vindobona Notitiam cumprimis pertinent, poſt annum 1630. defunctorum, epitaphia vel nulla ſunt, vel recondita; adfero Urbis noſtræ Conſulum, aut Prætorum annos mortis, & loca Sepulturarum, beneficio ſæpius laudati Domini Raym. Ferd. de Zallheimb obtenta.

Perilluſtris Dominus Daniel Pollmüllner de Millberg, domi ſuæ in Wipplingerſtraſſe defunctus A. 1638. 19. Maji, ætatis 48. Erat Prætor Vien. A. 1632.

Perilluſtris Dominus Daniel Moſer, Dominus de- & in Ebreychſtorf, mortuus domi ſuæ in foro piſcario A. 1639. 23. Oct. Erat ſæpius Prætor, & Conſul.

Perilluſtris Dominus Chriſtophorus Faſſalot, deceſſit domi ſuæ in foro pini A. 1641. 29. Martii, ætat. 58. Erat Conſul Urbis.

Perilluſtris Dominus Caſparus Bernhard, S. C. M. Conſil. obiit domi ſuæ unter den Tuchlauben 22. Oct. 1648. ætatis 53. Erat urbis Conſul.

Perilluſtris Dominus Fridericus Höffer, mortuus domi ſuæ in inferiori Piſtorum platea 20. Nov. A. 1652. Erat urbis Prætor.

Per-

Perilluſtris Dominus Conradus Brambeer, S. C. M. Conſil. exceſſit domi ſuæ in ſtrata lanarum 3. Junii 1655. ætatis 67. Prætor, & Conſul.

*Hos ad Sancti Stephani ſepultos, etſi non certo conſtet; conjicitur tamen ex eorum ædibus, quæ Paræciæ S. Stephani ſubjectæ ſunt.*

Perilluſtris Dominus Joan. Georg. Dietmayr de Dietmanſtorf, S. C. M. Conſil. domi ſuæ in Kernerſtraſſe defunctus 12. Aug. A. 1667. annor. 59. Erat urbis Judex & Conſul. Sepultus ad S. Stephani, in Choro B. Virginis, prope ejus aram.

Perilluſtris Dominus Joan. Moſer, S. C. M. Conſil. domi ſuæ in Wipplingerſtraſſe obiit 28. Febr. A. 1672. ætatis 55. Sepultus ad S. Stephani prope cathedram.

Perilluſtris Dominus Joan. Chriſtoph. Holzner, S. C. M. Conſil. 12. Maji 1672. deceſſit; ſepultus apud Patres de Carmelo in ſuburbio Leopoldino. Erat Prætor & Conſul.

Perilluſtris Dominus Thomas Wolfgangus Puechenegger, J. U. Doctor, domi ſuæ in platea Scholarium obiit 28. Maji 1674. ann. 63. Erat Conſul Civitatis. Sepultus ad S. Stephanum in ſacello S. Crucis.

Perilluſtris Dominus Fridericus Müller de Löwenſtein, deceſſit in ædibus Schlezerianis in foro herbario 24. Januarii 1675. ætat. 55. ſepultus ad S. Stephani pone aram SS. Triados. Erat urbis Prætor.

Perilluſtris Dominus Bartholomæus Schlezer de Schönberg, S. C. M. Conſil. domi ſuæ beym Stock im Eyſen vitam clauſit 7. Sept. 1675. annor. 69. Erat urbis Prætor. Sepultus apud Patres Auguſtinianos.

Perilluſtris Dominus Franciſcus Pfeiffer de Schallenheimb, obiit domi ſuæ in foro herbario 6. Oct. 1679. ætatis 49. Sepultus in Paræciali ad S. Michaelem. Fuit Judex urbis.

Perilluſtris Dominus Petrus Sebaſtian. Füegenſchuch, J. U. Dr., domi ſuæ in Luechegg 7. Oct. 1679. defunctus ann. 50. Erat Judex & Conſul. Sepultus ad S. Stephanum in ſacello S. Helenæ.

Perilluſtris Dominus Mathias Fervilla, J. U. C. domi ſuæ in inferiori Piſtorum platea mortalitatem exuit 1. Nov. 1681. ætatis 43. Erat urbis Prætor. Sepultus apud Patres Franciſcanos.

Perilluſtris Dominus Joan. Andreas de Liebenberg, S. C. M. Conſil. domi ſuæ in foro

aulico

aulico vitam poſuit 9. Sept. A. 1683. ætatis 56. Erat urbis Judex A. 1678. Conſul vero hoc ipſo tempore. Sepultus ad Scotos.

Perilluſtris Dominus Daniel Lazarus Springer, S. C. M. Conſil. in ædibus Gundlianis obiit 5. Maji A. 1687. ann. 53. Prætor, & Conſul. Sepultus ex ſuperius adducta ratione ad S. Stephanum.

Perilluſtris Dominus Daniel Focky, J. U. Doctor, S. C. M. Conſil. domi ſuæ in foro pini obdormivit, 23. Martii A. 1695. annor. 69. Sepultus ad S. Stephanum prope aram S. Annæ. Erat Conſul.

Perilluſtris Dominus Simon Stephanus Schuſter, S. C. M. Conſil. domi ſuæ e regione aulæ Epiſcopalis defunctus 21. Febr. A. 1695. ætat. 69. Erat Judex & Conſul. Sepultum ad S. Stephanum Protocollo vacante, ratio docet.

Perilluſtris Dominus Caſparus Nobilis de Pazing, vulgo Päzinger, S. R. I. Eques, S. C. M. Conſil. obiit domi ſuæ in foro piſcario, ſeu alto, 13. Maji 1697. ætat. 60. Erat Prætor urbis. Sepultus, ut par cauſa demonſtrat, ad S. Stephanum.

Perilluſtris Dominus Joan. Franc. de Peickard, S. C. M. Conſil. domi ſuæ prope Paller-

thor defunctus 13. Julii 1706. ætat. 59. Erat Prætor, & Conſul. Sepultus ad S. Stephani in Choro à Paſſione Chriſti compellato.

Perilluſtris Dominus Jacobus Daniel Nobilis de Tepſer, S. R. I. Eques, mortuus Viennæ 20. Sept. A. 1711. In dominio ſuo Guttenbrun 29. Sept. ſepultus eſt. Erat Judex & Conſul.

Perilluſtris Dominus Joſephus Hartmann, J. U. Doctor, defunctus in ædibus Cameræ, ut vocant, civicæ, 17. Maji 1732. ætat. 64. Sepultus in crypta ad S. Stephanum. Erat Judex & Conſul.

Perilluſtris Dominus Joan. Franc. de Weighofer, S. C. M. Conſil. domi ſuæ in foro Judæorum è vivis exceſſit 21. Aprilis 1734. ann. 76. Sepultus in crypta ad S. Stephanum. Fuit Prætor, & Conſul.

Perilluſtris Dominus Joan. Laurent. Trunck de Guttenberg, S. C. M. Conſil. domi ſuæ in foro pini obiit 5. Sept. 1742. ætatis 83. Sepultus in crypta ad S. Stephanum. Erat Judex & Conſul.

Perilluſtris Dominus Joan. Adamus de Zalheimb, mortuus domi ſuæ prope forum herbarium, 22. Junii 1743. ætatis 49. Sepultus in crypta ad S. Stephanum. Erat urbis Conſul.

Per-

Perilluſtris Dominus Joan. Franciſcus Purck, domi ſuæ in Bognergaſſen deceſſit 22. Junii 1746. ætatis 62. Sepultus in crypta ad S. Stephanum. Erat Prætor, & Conſul.

Perilluſtris Dominus Franc. Joſephus Nobilis de Hauer, S. R. I. Eques, S. C. M. in Miniſteriali Banconis Deputatione Conſil. & Sylvarum Inferioris Auſtriæ Præfectus, domi ſuæ in Kernerſtraſſen defunctus 5. Maji 1748. ætatis 70. Fuit Judex & Conſul.

Perilluſtris Dominus Andreas Ludovicus Leitgeb, in ædibus Cameræ Civitatis deceſſit 30. Junii 1751. ætatis 68. Sepultus ad Scotos. Erat Judex & Conſul.

Perilluſtris Dominus Franc. Daniel Nobilis de Partuska, S. R. I. Eques, obiit domi ſuæ prope portam Stubenſem 3. Aprilis 1754. ætatis 74. Sepultus ad Franciſcanos. Erat Prætor, & Conſul.

Perilluſtris Dominus Joan. Leopoldus Nobilis de Ghelen, J. U. Doctor, mortuus in nova Barnabitarum domo in foro carbonario, 15. Januarii 1760. Sepultus in Parochiali ad D. Michaelem. Erat Prætor Urbanus.

Perilluſtris Dominus Petrus Joſephus Nobilis de Koffler, J. U. Doctor, S. R. I. Eques,

Conſiliarius Regiminis, prius Júdex Civitatis dein Conſulatus Adminiſtrator ab ann. 1751. usque ad diem mortis, quam oppetiit in ædibus Cameræ Urbanæ 26. Maji 1764. Sepultus ad Scotos.

Perilluſtris Dominus Joſeph. Antonius Beleſini, S. C. R. M. Conſil. prius urbis Prætor, dein Adminiſtrator Conſulatus, cui muneri immortuus eſt in ædibus Cameræ Civitatis 12. Nov. 1767. ætat. 58. Sepultus ad Scotos.

Adnecto hic alia pauca, quæ hodiedum in templo D. Stephani legenda proſtant.

Penes aram maximam in templo S. Stephani, ſacro veſtiario imminens lapis ita profatur:

*Anno Domini M. DC. XLVII. Dominica quarta poſt Paſcha, Ego Philippus Fridericus, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Vienneuſis S. R. I. Princeps, Conſecravi hoc altare, à fundamentis à me erectum, in honorem S. Stephani Proto Martyris, & omnium Sanctorum. Et Reliquias de ligno S. Crucis. S. Stephani Proto-Martyris. S. Joannis Baptiſtæ S. Andreæ. S. Jacobi Majoris. S. Bartholomæi. S. Simonis. S. Matthæi Apoſtolorum & Evangeliſtæ. S. Laurentii. S. Sigismundi Regis. S. Adelberti Epiſcopi. S. Macarii.*

*carii. S. Mauritii. S. Aurelii. S. Florentii, & S. Saturnini Martyrum.*

E regione ſupra portam ſacri theſauri lapis alter ſic proſequitur:

*S. Auguſtini Eccleſiæ Doctoris. S. Wolfgangi Ratisbonenſis. S. Amandi Argentinenſis Epiſcoporum. S. Aegydii Abbatis. S. Henrici Imperatoris. S. Leopoldi Marchionis Auſtriæ. S. Barbaræ Virginis. S. Emerentianæ Virginis. S. Felicitatis. S. Ludmillæ Martyrum. S. Kunegundis Virginis, & Imperatricis. S. Mariæ Magdalenæ. S. Eliſabethæ filiæ Regis Hungariæ, in eo incluſi, & ſingulis Chriſti fidelibus hodie unum annum & in die Anniverſario conſecrationis hujusmodi, ipſum viſitantibus, quadraginta dies de vera indulgentia in forma Eccleſiæ conſueta, conceſſi.*

In ſacello baptiſmo deſtinato ara Nativitatis Chriſti, in cujus tabernaculo oleum catechumenorum, & ſacrum chriſma adſervantur. Pone fons baptiſmalis, qui antehac à tergo aræ S. Marci in medio templi ſteterat, viſitur, è marmore laboratus, ſtatuis Chriſti, & 12. Apoſtolorum, ac in baſi quatuor Eccleſiæ Doctorum ornatus. Labro fontis antiquis literis inſcriptum:

*Ite*

*Ite in orbem univerſum, & prædicate Evangelium omni creaturæ! qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur. Marci ult. cap. Completum eſt lapidis opus, Anno Domini MCCCCLXXXI.*

Supra altare SS. Simonis & Judæ, nunc B. Virginis, in quo Sanctiſſimum adſervatur, infra imaginem Cœnæ Domini, tabula aureis literis ſic inſcripta:

*Ab hoc altari Corporis Chriſti, ut loco coenaculi, incipit pia peregrinatio in Hernals, per ſeptem Stationes Dominicæ Paſſionis, ad S. Sepulchrum, ibidem extructum, prout nunc viſitur Hieroſolymis; rite inſtituta à Decano, & Capitulo hujus Eccleſiæ Cathedr. Authoritate Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Principis Domini, Domini Antonii, Epiſcopi Viennenſis, Ferdinando III. Cæſ. Aug. Imperante. Anno MDCXXXIX.*

## CAPUT IX.

*Reliqua à Coemeterio S. Stephani ad portam Stubenſem, & inde ad Rubram turrim.*

Num. 85. Aula Archi-Epiſcopi Viennenſis.

In area ſupra fontem legitur:

MEMORIÆ IMMORTALI ILL^MI ET R^MI D. ANTONII D. G. EPISCOPI VIENNENS. S. R. I. PRINCIPIS. FERD. II. ET FERD. III. AUGUSTIS. AB ARCANIS CONSILIIS, EPALIS HUJUS PALATII FUNDATORIS, PHILIPPUS FRIDERICUS SUCCESSOR, UT GRATA NOMINIS FAMA IN SERAM POSTERITATEM PERENNARET, MONUMENTUM HOC POSUIT ANNO DNI M. DC. XLI. EPISCOPATUS II. SIGISMUNDUS EPUS RENOVA. AO. MDCCXVI. EPATUS I.

In eadem aula ſacellum S. Andreæ Apoſtoli. Hujus inſcriptionem vide P. I. p. 204.

Inte-

Interiorem ſacelli S. Catharinæ inſcriptionem invenies P. I. pagina item 204.

N. 89. In capite plateæ, domus ad capitulum Canonicorum S. Stephani pertinens, olim dicta aula Tridentina; nunc ſumptuoſe educta, hanc notam præfert:

CAPITULUM METRO. VIEN. HAS ÆDES FUNDITUS EXSTRUXIT,
Ao. MDCCLV.

Juxta hanc domum ædes privata, hac cum epigraphe:

*D. O. M.*
*Tutori.*
*B. Mariæ Virg. de Victor.*
*Patronæ.*
*Has ædes A. R. S. MDCCLXI.*
*a fundamentis ſuſcitatas*
*Dev. Clien. Matth. Gerl Aedil.*
*Cathar. Uxor. Totaque*
*Familia*
*D. D. D.*

Num. 94. Bibliothecæ Windhagianæ inſcriptum:

BIBLIOTHECA JOANNIS JOACHIMI S. R. I. COMITIS AB, ET IN WINDHAG, PRO USU PUBLICO FUNDATA. MDCLXVIII.

Se-

Sequitur BIBLIOTHECA GSCHWINDIANA, cum hac duntaxat inſcriptione. Authorem nacta eſt ante A. 1727. Excell. Mareſchallum bellicum C. Joan. Martinum de Gſwind L. B. de Pockſtain.

In propylæo templi A. R.R. P.P. Prædicatorum legitur:

DEO. MAG.NO MAG.NÆ MAT.RI ROS.RII MARIÆ. DD DOMIN.CO CATHA. SEN. OMN.BUS SS. TĒP.LUM HOC EXTRUC.TUM URB.VIII P. M. FERD.II IMP. FE.RD III. REGE REMP. XNĀ GUB.BUS

N. 98. In templo S. Laurentii præter alia legitur:

*Ao. Chr. 1512. obiit pr̄. digniſſ. Bon. Artium & Juris Pont. Doct. Cathedr. Eccl. Vien. Decanus & Canonicus Dns. Martinus Jugkh, hic ſepultus.*

In ſcuto litera M ſagitta tranſeunte.

*Clariſſimus Artium & S. Theol. D Joannes Trapp, ex Vienna, annos 27. Lector in Theol. ordinarius, die 12. Novembr. Ao. 1524. hic ſepultus.*

In ſcuto corvus.

Nota! Erat Theol. Doctor Pariſienſis, quinquies Rector Univ. Vien.

Zu rechten Hand im Gitter ſeynd an der Mauer Engeln gemahlt, darunter ſtehet:

Uns Engl wundert alle gleich,
Das ihr Menſchen auf Erde reich
Pautt Stätt, Heüſer und Veß,
Und ſeit doch elend Geß.
Aber da ihr GOtt ſollt ewiglich anſchauen,
Da habt ihr khaum Vleiß hinzubauen.

N. 103. Heiling Kreuzer-Hof. In interiori area ſcriptum:

HÂS ÆDES CLeMens antIstes exstrVXIt.

N. 104. Domus olim Gras-Hof nuncupata; modo dicitur Zwelfer-Hof, hujus cauſam declarat lapis ex area conſpicuus his verbis:

Domus hæc ruinæ proxima, immensis laboribus, et expensis, æmula invidia, amicorum votis, ex fundamento erecta est sub auspiciis Ter Magni Leopoldi Pii, Justi, Augusti, Coronis et Margarita ornati, a Joanne Zwelfer Med. D. Ao. M. D. C. LXVIII.

Nota! Margaritam hic denotare Conjugem Leopoldi Imperatoris; ipſum vero Zwelferum ex Palatinatu oriundum, 30. annis Viennæ Medicam artem exercuiſſe, mortuum Anno 1668, ætatis 50. Vide Menckenium.

N. 108. Poſticæ parti domus ad Küſsdenpfenig inſcriptum:

*Ædes ex fundo reſtauratæ*
*Archiduce Joſepho*
*Viennæ in Auſtria genito.*

## CAPUT X.

### *A rubra turri per interiorem urbis ambitum usque ad forum ab aula dictum.*

Num. 116. In foro medio coloſſus S. Joſephi B. Mariæ Virgini deſponſati; baſi aureis literis inſculptum:

DIVO. JOSEPHO. E. DAVIDICA.
STIRPE.
DEIPARÆ. VIRGINIS. VIRO.
CHRISTI. SERVATORIS. NUTRITIO.
PRÆSENTISSIMO. AUSTRIÆ. PATRONO.
NUNCUPATUM. A. LEOPOLDO. ET.
JOSEPHO. AUGG. VOTUM.
CAROLUS. VI. ROM. IMP. ET. HISPAN.
REX.
A. PATRE. AC. FRATRE. ADUMBRATUM. OPUS.
ÆRE. AC. MARMORE. DE. INTEGRO.
EXSTRUXIT.

N. 117. In hac platea domus Celeberrimi Doctoris Lazii, cujus domus originem, ad progreſſum lege P. II. fol. 5. inter addenda!

N. 118. Portæ Eccleſiæ Salvatoris verſus plateam, ſatis antiquæ, non tamen ante annum 1515. ut ex dictis P. I. pag. 174. liquet, exſtructæ, in fornice inſcriptum:

Otto, & Haymo Fratres, Equites aurati, Cives Vien. hujus ædis primi Fundatores.

Subtus: ſtatua Salvatoris, & Beatæ Virginis. Infra has legitur:

Conſecratum Salvatori Noſtro Jeſu Chriſto.

N. 119. In Curia urbana inſcriptio nulla.

N. 123. In area Cancellariæ Boemicæ legitur:

DEO AUSPICE
OPTIMI PRINCIPES
FRANCISCUS ET MARIA THERESIA
AUGUSTUS, ET AUGUSTA,
UT REPUBLICA RITE ORDINATA
SUBDITIS POPULIS BENE SIT,
HOC BOHEMIÆ ET AUSTRIÆ
GRAMMATOPHYLACIUM
PERENNE CURARUM SUARUM
ET

ET PATERNI MATERNIQUE AFFECTUS MONUMENTUM
F. F.
A. O. R. M. D. C. C. L. III.

Supra Capellam S. Thereſiæ ſcriptum:

ECCLESIA SANCTÆ THERESIÆ
SUB PATROCINIO BEATISSIMÆ
VIRGINIS MARIÆ
SINE LABE ORIGINALI CONCEPTÆ.

N.' 126. Forum hoc dictum à Judæorum habitatione; uti confirmatur ex vicino Judengäſsl, & mox ſecutura narratione: His A. 1421. ejectis & Synagoga eorum everſa, qui deinceps admiſſi ſunt; in untern Werd, ſeu prima ab urbe Danubii inſula domicilium nacti ſunt. In eodem foro domus à Jordane fluvio compellata; in ea lapidi inciſus S. Joannes Chriſtum baptizans, Adjecta inſcriptio:

*Ao.* 1421. warden die Juden hie verbrendt.

Nota! In hoc foro lecta illis mortis ſententia fuerit; in Erdberg (unde flante Euro fumus facile in urbem deferri poterat) executioni data, 110. utriusque ſexus Hebræis igne crematis, quarto ante Paſcha die. Ita teſta-

teſtatur A. R. P. Fuhrmann Vien. Ant. & Novæ P. I. pag. 575.

Subſcripti verſus:

*Flumine Jordanis ſeguntur tabe, maliſque*
*Corpora; cum cedit, quod latet, omne nephas.*
*Sic flama aſſurgens totam furibunda per urbem,*
*Hebræum purgat crimina ſæva canum.*
*Deucalioniis mundus purgatur ab undis,*
*Hicque reus poenas igne furente luit.*

Infra: ſcutum, in quo tria mala granata.

Pone: Jörg Jordan 1497.

Hæc ex MS. Trautſohniano.

# CAPUT XI.

## *A foro aulico, usque ad forum altum, ſeu piſcarium.*

Num. 132. Armamentarium civitatis, ſtructura nobile, in fronte hæc præſefert:

*Imperante Carólo VI. inſtauravit*
*S. P. Q. V.*

N. 133. Coloſſus Virginis Immaculatæ. Primum è marmore ſtatuit Ferdinandus III. Im-

Imperator anno 1647. benedictum 18. Maji a Phil. Frid. e Comitibus de Breuner, Antiſtite Vienneníi. Hic coloſſus ſubinde Comiti de Hamilton, Domino Neoburgi ad Oenum, donatur, & è regione arcis trans Oenum, in foro pagi Wernſtein, erectus eſt. Huic Leopoldus Imperator anno 1667. alium ex ære ſubſtituit, quem 8. Decembris Franciſcus Szegedi Vacienſis Epiſcopus, & Hungariæ Cancellarius inauguravit.

In quatuor baſis lateribus ſequentes ex ære inſcriptiones leguntur. In primo latere ea, quam Ferdinandus III. Imp. ipſemet adumbravit:

*Deo Optimo Max.*
*Supremo Coeli Terraque Imperatori,*
*Per quem Reges regnant:*
*Virgini Deiparæ Immaculatè conceptæ,*
*Per quam Principes imperant;*
*In peculiarem Dominam*
*Auſtriæ Patronam*
*Singulari pietate ſuſceptæ:*
*Se, Liberos,*
*Populos, Exercitus, Provincias,*
*Omnia denique confidit, donat, conſecrat,*
*Et in perpetuam rei memoriam*
*Stat*V*a*M *Han*C *e*X V*oto pon*I*t*
*Fernan*DV*s Tert*IV*s* AV*g*V*ſt*V*s*
*Die 18. Maji.*

In ſecundo latere, Voti, quod eo anno, & die in templo Domus Profeſſorum S. J. Ferdinandus Imperator publice vovit, pars prior, ubi legitur:

FERDINANDI III.
PII ET JUSTI VOTUM.

*Omnipotens ſempiterne Deus, per quem Reges regnant, in cujus manu ſunt omnium poteſtates & omnium jura Regnorum! Ego Ferdinandus coram tua Divina Majeſtate humiliter proſtratus, meo, meorumque ſucceſſorum & inclytæ hujus Provinciæ Auſtriæ nomine, Immaculatam Filii Tui Matrem, ſemper Virginem Mariam, hodie in peculiarem Dominam ac Patronam hujus Archiducatus invoco, & aſſumo.*

Tertia tabula continuat voti formulam:

*Inſuper voveo, ac promitto ejusdem Immaculatæ Conceptionis feſtum, quod cadit in diem octavam Decembris, ſolenniter etiam quoad forum in hac Provincia, quot annis prævio, more Eccleſiæ, conſueto jejunio, in ejusdem pervigilio celebrandum. Te deprecor ſupreme coeli terræque Imperator, qui, quod Matri Tuæ impenditur, Tibi impenſum reputas, votum hoc meum, quod ſuggerere clementer dignatus es, benigno favore proſequere,*

*atque*

*atque ad protegendum me, domum meam, populosque mihi ſubjectos, dexteram Tuæ Majeſtatis extende! Amen.*

Tabula quarta refert Leopoldi Imperatoris novos pro hoc Immaculatæ Virginis monumento conatus.

*Leopoldus*
*Rom. Imp. Semp. Aug.*
*Statuam hanc*
*Honori Virginis*
*Sine macula concepta*
*Ab Aug. Patre ſuo erectam*
*Et pretio auxit*
*Et immortalitati donavit.*
*Nam, quam lapideam invenit,*
*Auſtriaca pietate, ac Voto*
*Æream fecit, & æternam:*
*Ut cujus beneficio*
*Coronas, Victorias, Pacem,*
*Et ſucceſſionem accepit,*
*Eidem hæc omnia,*
*Ac ſe ipſum debere*
*teſtaretur.*
*Anno*
*M. DC. LXVII.*
*Die VIII. Dec.*

In novo palatio Nuntii Apoſtolici, quo munere nunc fungitur Excellentiſſim. & 

Reverendiſſ. D. D. Anton. Eugen. Viſconti, Archiepiſcopus Epheſinus, ſupra priorem legitur portam:

JUNGAT DEUS ORTUM CUM OCCASU!
AD MAJOREM GLORIAM ET CONFESSIONEM
JESU CHRISTI, ET VICARII EJUS.
MICHAEL ADOLPH. ET MARIA ELISABETHA
CONJUGES
HANC OLIM AUSTRIÆ MARCHIONUM RESIDENTIAM URBANO VIII. OFFEREBANT
AN. MDCXXX.
REGNANTE FERDINANDO II.

Supra alteram portam:

CLEMENS XIII. PONT. MAX.
ÆDES TEMPORUM INJURIA COLLABENTES
RESTITUIT ANNO DNI. MDCCLXVIII.

Nota! has ædes quondam Beckianas dictas, ab Ao. 1607. ad annum 1616. ſedem fuiſſe convictorum S. J. Collegii; inde usque ad annum 1623. Seminarii ejusdem Societatis. Subinde Comiti Michaeli Adolpho ab Althann, è ſecta Lutheri reducto, Viro pientiſſimo, & animarum Chriſto adducendarum ſitientiſſimo obvenere: ab hoc ſedi Apoſtolicæ. Poterat & olim hic pars vicina aulæ fuiſſe, quæ tamen eo erat loco, ubi Domus Profeſſorum S. J. nunc ſita eſt.

N. 134. In Propylæo Templi Domus Profeſſorum S. J. legitur:

ANNA ELEONORA AUGUSTA, DEO
REGINÆQUE ANGELORUM POSUIT.
A. M. DCLXII.

N. 137. Supra portam currulem, juxta januam ordinariam Domus Profeſſorum ſic:

CÆSAREA. DOMUS. PROFESS. SOCIETATIS JESU.
FUNDATA A FERDINANDO II. ROM. IMP.
M. DC. XXV.

Superliminari Sacelli Italici aureis inſcriptum literis:

D. O. M.
MATRIQUE VIRGINI SINE LABE CONCEPTÆ
SACELLUM HOC ITALORUM NATIO
IN COETUM COLLECTA ANNO M. D. C. XXXV.
ORNAVIT M. D. CC. XXXVI.

Præſide nempe P. Antonio Cito S. J. Sacerdote. V. Conſp. Hiſt. Univ. Vien. P. III. pag. 7.

Ex quo diſcimus Ao. 1565. induſtria P. Michaelis Speſſii S. J., pietate Joan. Bapt. Coſtæ Genuenſis, & Chriſtophori Pezzana Pedemontani, Italorum Sodalitatem ſub titulo Charitatis ſua poſuiſſe fundamenta, eo S. J. Collegii loco, qui ejusdem triclinio adhærebat,

Huc illi Miſſæ Sacrificio interfuturi, utque Dei verbum exciperent, confluebant. Ea temporis ſucceſſu inſtitutum hoc ſumpſit incrementa; ut inter plurimos illi coetui adſcriptos, non pauci ſanguinis prærogativa clariſſimi numerarentur, qui tum infirmis, cum egentibus vitæ, animæque ſubſidia non mediocria conferrent. Gregorius XIII. Pont. Max. Ao. 1573. hoc de Inſtituto a P. Magio, S. J. per Auſtriam Præpoſito certior factus, amplis Indulgentiis id locupletavit. Et licet ſubinde hæc ſodalitas variis ex cauſis, veteri ſub nomine deſierit; opera tamen P. Guil. Lamormaini, novis ſub legibus, & novo, eodem, quo primum erecta eſt loco, anno 1635. ſacello exſtructo, reſtituta eſt, atque etiamnum pietatis & virtutis ſplendore viget, quam maximè.

N. 147. Wo der Wolf den Genſen predigt. Nulla præterea inſcriptio.

N. 149. Portæ palatii Principum Eſterhazy, in quo ſacellum Divo Leopoldo ſacrum, lapis imminebat cum ſequenti epigraphe:

SOLI DEO GLORIA.
DOMUS HÆC A S. LEOPOLDO MARCHIONE AUSTRIÆ OLIM HABITATA
SUCCESSU TEMPORIS AD NOBILEM FAMILIAM ESTORAS DEVOLUTA

PER

PER CEL. SAC. ROM. IMP. PRINCIPEM
PAULUM ESTORAS R. HUNG. PAL.
COMPARATA.
IN HANC FORMAM E FUNDAMENTIS
PRO FAMILIÆ DECORE
ÆDIFICATA EST
M. DC. XCV.

N. 152. Templum Paroeciale S. Michaelis. Ex latere dextro aræ majoris antiquis characteribus ſcriptum:

*Anno ab Incarnatione Domini M. CCCC. XVI. conſummatum eſt opus ædificationis Altaris, & Chori Eccleſiæ S. Michaelis Archangeli: tunc temporis regnante Illuſtriſſimo Principe, ac Domino gratioſiſſimo* (intellige Albertum V.) *Dei gratia Duce Auſtriæ, Styriæ, & Carinthiæ, Comiteque Tyrolis, & ob ejus gratioſæ impetrationis implementum conſecratus eſt præſens chorus, una cum Altari; & Eccleſia totalis cum coemeterio ex novo digne reconciliata per Reverendiſſimum Patrem in Chriſto, & Dominum Dominum Georgium Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopum Paſſavienſem, qui ſua ex gratia commutavit feſtum Dedicationis Eccleſiæ propter rationabiles cauſas, quod prius celebratum eſt annuatim Dominica proxime feſtum S. Michaelis Principis, in Dominicam primam poſt feſtum Corporis Chriſti, perpetuo poſtea duraturum. Facta eſt hæc*

*con-*

*conſecratio Nonis Aprilis, die Dominica, qua cantatum fuit, Judica Domine; in honore ſanctiſſimæ, & Individuæ Trinitatis, & in honore B. M. V. & præcipue in honore S. Michaelis Archangeli, & omnium Angelorum &c.*

Ex altero aræ majoris latere legitur:

*Ferdinandus II. Rom. Imp. S. A.*
*Ad S. Michaelis Templum,*
*Cujus Auſtriaca Domus jus Patronatus à Sæculis geſſit,*
*Congregationem Cleric. Regul. S. Pauli*
*Ad Divini Cultus augmentum, ac Cath. Fidei propagationem*
*Melchiori Card. Kleſſelio Vienn. Epiſ. præſentatam*
*Inſtitui voluit Anno M. DC. XXVI. die XVI. Maji.*
*Atque Eccleſ. jam reflorenti decore reſtituta*
*Summoque Altari illibato commodius translato,*
*Novis immortalis Laureæ felicibus Auſpiciis*
*Ferdinandi III. Auſtriac. Cæſarum XIII.*
*Coronationis die 30. Decemb. 1636.*
*Auguſtiſſimis Benefactoribus grati animi Monumentum*
*Exultantes P. Patres.*

Nota! In paroecíali hac Eccleſia, præter Trautſohnianæ & aliarum nobiliſſimarum familia-

miliarum ſepulturas, ſequentia cernuntur Epitaphia.

Der Edl und Veſt Herr Herman Baur, R. K. M. Rath und Stattanwaldt alhie zu Wien, iſt den 20. Junii A. 1566. entſchlaffen.

In ſcuti 1ma & 4ta parte duæ alæ, in 2da & 3tia duæ faſciæ horizontales.

*Ao. Dni. 1521. feria quinta ante Ægidii obiit Venerabilis Vir Dnus. Wolfgang. Grio de Niclaſpurga Sac. Canonum Baccalaureus, Paſtor hujus Eccla. hic ſepultus.*

*Ao. Dni.* 1574. den 14ten Novemb. ſtarb der Edl und Ernveſt Herr Hanns Vochter, R. K. M. geweſter Rath, Stadtrichter, und des Innern Raths alhie. A. 1541. den 25. Martii ſtarb Anna ſeine erſte Hausfr. A. 1572. den 20. Aug. ſtarb Magdalena ſeine anderte Hausfrau.

In ſcuti parte 1ma & 4ta duo lilia, & 2. leonum capita: in 2da & 3tia faſcia tranſverſa.

*D. O. M. S.*

*Philippi Gundelii J. C. Cæſarei olim Senatoris exanime corpus hic conditum eſt. Exceſſit A. Chriſti 1567. 4. Sept. cum vixiſſet ann. 74. menſ. 4. dies 3. Catharina Uxor, & Margaritha filia, Eædemque hæredes Marito & Patri bene*

*bene merito p. p. Joanne Ambroſio Braſſicano J. C. Genero curante &c.* Die Edl Tugentſ. Fr. Catharina geb. Böckhin von Leopoldſtorf leit auch hie begraben. ſtarb im 1586. Jar, den 30. Jan.

Nota! Erat Rector Univ. 1540.

In ſcuti 1ma & 4ta parte Pegaſus, in 2da & 3tia tres ſtellæ.

In ſecundi ſcuti 1ma & 4ta parte ſilex cum ignitabulo, in 2do & 3tia leo in faſcia inclinata.

*Ao. Dni.* 1520. am Suntag Palmar. iſt geſt. der Edl und Veſt Leonhardt Püdenſtorffer v. Püdenſtorf, der Zeit ainer der Verweſer des Rhatte der Staat Wien ꝛc.

Hie liegen begraben die Erſamben Tugenthaften Frauen Catharina, Martha, und Helena, alle drey des Edlen und Veſten Leonhardt Püdeſtorffer ehel. Gemahel.

Aller dreyer Bildnüſſe ausgehauen.

In ſcuto rota.

Credo hunc adminiſtratorem in ſenatu, tempore diſſenſionis Provincialium Auſtriæ, fuiſſe.

*D. O. M.*

*Magnifico Nobili, & Clariſſimo Viro, D. Paulo Weidnero à Billerburg, utriusque Med. Doctori, Divorum Imppp. Ferdin. I. Maxim. II.*

*&*

*& Rud. II. Phyſico, ac Provincialium inferioris Auſtriæ Medico Ordinario, Archygymnaſii Vien. quondam Rectori, & Profeſſori celeberrimo, deque Repub. Vien. bene merito &c. qui poſt varios pro communi omnium ſalute labores exanthlatos aīam ſuam æterno Deo placidiſſime reddidit. 28. Aug. Ao. Dni. 1585. ætat. ſuæ 63.*

In ſuperiori primi ſcuti parte leo truncatus, in inferiori inclinata faſcia.

In 2do ſcuto medium, quadrifariam ſectum, ambiunt tres glandes.

*Ac*

*Nobili & honeſtiſſimæ Matronæ, ejusdem Viduæ relictæ, Catharinæ de Colonſa, quæ maritum ſuum ſecuta eſt A. 1586. die 27. Julii, ætatis ſuæ 52. filii mæſtiſſ. gratit. ergo p. c.*

Allhie liegen begraben des Edlen und hochgelehrten Herrn Paul Weidner von Billerburg, R. K. M. Leib-Medici Söhne: Michael, Lorenz, Hanns; auch Töchter: Anna, Urſula, Chriſtina ꝛc.

Hie ligt begraben der Edl und hochgelehrt Herr Johann Ludwig Braſſican, der Rechten Dr. weillandt Khayſers Ferdin. und Khönigin Mariæ zu Hungern Wittiben, geweſter Rath, ſo den 2. Junii Ao. 1549. allhie zu Wien ſever-

verſchieden. Der hat mit der Edlen und Tugendſamen Fr. Appolonia geb. Hauſerin drey Söhn, und ſo vill Töchter ehel. erworben.

In primo ſcuto in faſcia inclinata aquila, in 2do intra 2. bipennes transverſas, leo, & hircus.

# CAPUT XII.

*A foro alto, ſeu piſcario, ad centrum usque Civitatis.*

Num. 164. in Urbis Prætorio, præter Juſtitiæ ſtatuam, inſcriptio nulla.

N. 172. Lueg-Eck. Domui juxta poſitæ nomen eſt Föderl-Hof, in hujus area ſupra portam, quæ ad ſcalas ducit, legendum:

PATI ET ABSTINERE ET SAPERE A DEO SVNT. 189A.

Nota! erat olim Domus Nobilium de Edlaſperg; ut ſcutum notat, quod vide in ſepulturis ad S. Stephanum.

N. 173. juxta eſt Domus Regenſpurger-Hof dicta, in cujus fronte urbs Ratisbonenſis depicta, additis verſibus:

Mich

Mich Regenſpurger-Hof bewahrt allzeit
Die allerheiligſte Dreyfaltigkeit.

N. 180. Nova Domus Univerſitatis: in hujus coronide legitur:

FRANCISCUS I. MARIA THERESIA
AUGG.
SCIENTIIS ET ARTIBUS POSUERUNT
MDCCLIIII.

Supra portam aulæ maximæ inſcriptum:

FRANCISCO I. ET MARIÆ THERESIÆ.
AUGG.
VIENNENSIS. ACADEMIA.
AMPLISSIMIS. ÆDIBUS.
OPTIMA. DOCENDI. RATIONE.
DESIDERATIS. ADHUC. DOCTRINIS.
SELECTIS. DOCTORIBUS.
INSTRUCTA.
BENEFICII. ET. GRATI. ANIMI.
MONUMENTUM P.

In auditorio Facultatis Medicæ ſtatua Illuſtriſſimi Domini Baronis de Swieten, cujus baſi inſcriptum:

GERARDI LIB. BAR. VAN SWIETEN
ARCHIATROR. SACRI PALATII COMITIS
REGII ORD. D. STEPHANI COMMEND.

Coll. Censuræ Libror. Reique Medicæ
Præsidis
Augustalis Bibliothecæ Præfecti
ob
Procuratam Scientiarum Artiumq.
Instaurationem
Ob patriæ Matrem, Augustamq.
Familiam
ab ipso artis ope servatam
De Universa Re Austriæ Publica
optime meriti effigiem
In exempl. quod posteri imitentur
Posuit
Maria Theresia Augusta
Inque Salutaris Artis Collegio
Ejus Consiliis sapienter constituto
Illustratoque collocari jussit
CIƆ IƆCC LXIX.
Ant. Störck Vindob. Stud. Univers.
Rectore.

N. 181. Frontis templi Academici S. J. ſequens eſt inſcriptio:

DEO. VICTORI. TRIUMPHATORI. OPT.
MAX. TROPHÆUM. HOC. IN. MEMORIAM. B. VIRGINIS. MARIÆ.
SS. QUE. IGNATII. ET. FRANCISCI.
XAVERII.
FERDINANDUS. II. IMPERATOR.
STATUIT. M. DC. XXVII.

N. 182. In vicini Seminarii area cernitur antiquus è Romana vetuſtate lapis; ad S. Petronellæ, ubi olim Carnuntum erat, repertus, optime conſervatus, qui ſic habet:

P. CLAVDIO. PALLANTI.
HONORAT. REPENTINO.
AↃLECTO.
INTER. TRIBVNICIOS.
LEG. PR. PR. PROVINCIAE.
APHRICAE. PRAETORI.
LEG. PR. PR. PROVINCIAE,
ASIAE. LEG. AVG. LEG. X. G.
C. IVL. MAGNVS. ↃEC. COL.
KARN. EQVO. PVBLICO.
EX. V̅. ↃECVR.
ↃIGNISSIMO.
L. Ↄ. Ↄ. Ↄ.

Hæc ego ſic lego:

*Publio Claudio Pallanti Honorato Repentino, adlecto inter Tribunitios Legionis Primæ Prætoriæ Provinciæ Africæ. Prætori Legionis Primæ Prætoriæ Provinciæ Aſiæ. Legato Auguſtali Legionis X. Geminæ. Cajus Julius Magnus Decurio Coloniæ Karnunti Equo publico ex quinta Decuria Digniſſimo. Locum Dedit Decreto Decurionum.*

N. 183. *Do die Kuhe am Brett ſpillt.*

Vacca cum vulpe ludit in fritillo, pelle utriusque pro lucro poſita. Pellio, & Venator utriusque cuti inhiant. Singulorum voces:

Vulpis ad vaccam:

Ich wirf darein, dein Haut ghert mein.

Vaccæ ad vulpem:

Pral nicht ſo gſchwind in Spielen!
Dein Unglück kannſt bald fühlen.

Pellio cauda vulpina muſcas abigens, & duplici candela menſam illuminans:

Ich wehr, und leucht, erwart die Zeit;
Wie ſich wird enden euer Streit.

Venator vulpem trajiciens:

Ich komm juſt recht zum Spiel.

Canis venatoris:

Ich auch mich ſtellen will.

Nota! prope nominatas ædes, è regione, Fundatio Windhagiana. Hujus domus conditorem teſtatur marmor Superliminari iminens his verbis:

Motus

MOTUS JOANNES DE TAW GENITORIS HONORE,
QUI PLACIDA FUNCTUS MORTE, GERHARDUS ERAT,
CONDIDIT HAS ÆDES, QUAS INSTAURAVIT, UT ISTO
POSTERITAS POSSET GRATA LABORE FRUI.

Nota! floruit Joannes duobus abhinc ſæculis, ab ejus patre conditæ, ab ipſo reſtauratæ ſunt hæ ædes. Marmoris inſcriptionem in medio male obtegit lignea tabula, Cæſaream aquilam obſcure oſtentans, & annum 1667.; nempe Fundationis Windhagianæ, Nobilium juvenum, hic locatæ.

N. 190. Beym Eſel in der Wiegen; nunc inſcriptio nulla.

Harum & aliarum ludicrarum inſcriptionum originem nequidquam inveſtigavi.

N. 201. Inſcriptionem ad Elephantem dedi jam hac Parte, Cap. I. p. 13.

E regione ſitæ domui, adhæret columna lemniſcis vitium, & frumenti obvoluta: apici inſiſtit oſtenſorium e lapide; ad latera duæ tabulæ latio & vernaculo idiomate monumenti cauſam exhibentes. Latina ſic narrat:

*Ao. Chriſti MDXLIX. die Junii XXVII. qua Octava Corporis Chriſti Chriſtiano ritu agebatur, quidam, cujus nomen cum ipſo damnatum, ipſum Corporis Chriſti Sacramentum, è manibus Sacerdotis geſtantis vi raptum, hoc loco cum impiis blasphemiis humi dejecit; ob quod facinus ſcelerato illi lingua, manusque præciſæ, & corpus reliquum flammis exuſtum eſt. Cujus horrendi facinoris, poenæque monumentum, exempli vitandi ergo hic poſitum eſt.*

Altera tabula ſic habet:

*Anno Domini* 1549. am achten des heiligen Fronleichnams-Tag iſt durch einen gottloſen Menſchen einem Prieſter in der Proceßion das hochwürdige Sacrament unverſehens aus den Händen geriſſen, und an dieſen Ort mit erſchröcklicher Gottsláſterung auf das Erdreich geworffen worden, um welche grauſame That ihme Zungen und Hand abgehauen, folgends zu der Richtſtatt geſchlafft, und daſelbſt lebendig verbrennt worden. Diß iſt anderen zur Warnung dieſe Gedáchtnuß hier her geſetzet.

Nota! ad injuriam hanc perpetuo reſarciendam, hodiedum octavo Theophoriæ die in ſolenni ſupplicatione, primum hoc loco Evangelium legitur aula præſente.

Hero-

Heroſtrato autem illi, piſtoriæ artis Tyroni, è Franconia oriundo, nomen erat Joannes Hayn.

N. 264. Templum S. Dorotheæ. Fronti Eccleſiæ inſcriptum:

SOLI
DEO
HONOR ET
GLORIA.

In hoc templo, præter alia ſummarum familiarum epitaphia, cernitur etiam Doctoris Fuxmagen, qui plurima antiquitatis monumenta Viennam attulit, & ſic habet:

*Fuxmagenum vixiſſe juvat, rectumque, piumque*
*Qui coluit; reliquum ſomnia vana putans.*
*Dicite, quid melius, qui vivitis? hoc ego tantum*
*Cognovi; ut moriar, neſcius ipſe mei.*

*D. O. M. & Divo Hieronymo Joh. Fuxmag. Doctor V. dica.*
*⊖. Ao. Sal. MDX. 3. die Maji.*

In ſcuto 6. quadrata vacua.

*Ao. Dni.* 1435. 9. *die menſis Junii ⊖. Venerabilis Pr. Dns. Andreas plebanus in Gars, Sereniſſimi Principis Dni. Alberti Ducis Au-*

*ſtriæ Marchionis Moraviæ Cancellarius, fundator hujus Monaſterii, hic ſepultus.*

Ejus imago.

N. 205. Porta templi, Regii Monaſterii, anno 1712. de novo ſtructa, ſequens oſtendit Chronographicum:

*ReгIna ELIſabetha fVnDabat,*
*SapIentIſſIMæ PoLI ReгIna*
*SaCrabat.*
1 5 8 2.

N. 207. Sacellum Trautſohnianum. In hoc ſacello ex cornu epiſtolæ ingens marmor, cui inſcriptum:

*Patrocinium*
*hujus Eccleſiæ in feſto OOnium SStorum,*
*Conſecrationis*
*Dies Anniverſaria Dominica tertia*
*poſt Epiphaniam celebratur.*

N. 211. In foro Herbario, vulgo Graben.

Coloſſus SS. Triados anno 1679. ad avertendam ſæviſſimam peſtem, ab Imp. Leopoldo, Senatu, Populoque Vienneni voto promiſſus, continuo è ligno ſurrexit: Anno 1687. in marmoreum abire coepit Leopoldo Imperatore 30. Julii, primum in fundamenta lapidem jaciente. Anno demum 1693. ab

ſolu

ſolutus, 29. Octobris præſente Auguſto & Cæſarea Familia benedictus eſt.

Elegantiſſimi & altiſſimi ex albo marmore operis director erat Baro Beckers de Wallhorn, Architectus Octavius Burnacini, Statuarius N. N. Rauchmiller.

In ſupremæ baſis tribus angulis ſinguli genii cum ſua quisque epigraphes parte:

DEO PATRI CREATORI.
DEO FILIO REDEMPTORI.
DEO SPIRITUI SANCTO SANCTIFICATORI.

Ex quovis trianguli latere defluunt tapetes ex cupro probe inaurato, quibus quæ ipſe Imperator Auguſta manu ſcripſit, inſerta ſunt:

In fronte:

TIBI REGI SÆCULORUM IMMORTALI
UNI IN ESSENTIA, ET TRINO IN PERSONIS DEO,
INFINITE BONO, ÆTERNO, ET IMMENSO.
CUJUS DEXTERÆ OMNIA SUNT POSSIBILIA.

CUJUS SAPIENTIÆ NIHIL EST ABSCONDITUM.
CUJUS PROVIDENTIA IN SUI DISPOSITIONE NON FALLITUR.
CUJUS MAJESTATE IMPLETUR UNIVERSUM.
CUJUS MISERICORDIA SUPRA OMNIA OPERA.

In dextro latere:

TIBI INQUAM
SANCTISSIMÆ AC INDIVIDUÆ
TRINITATI
EGO LEOPOLDUS
HUMILIS SERVUS TUUS
GRATIAS AGO
QUAS POSSUM MAXIMAS
PRO AVERSA,
ANNO M. DCLXXIX.
PER SUMMAM BENIGNITATEM TUAM
AB HAC URBE ET AUSTRIÆ PROVINCIA
DIRÆ PESTIS LUE.
ATQUE IN PERPETUAM
DE-

DEBITÆ GRATITUDINIS
TESSERAM
PRÆSENS MONUMENTUM
DEMISSISSIME CONSECRO.

Ex ſiniſtro latere:

SUSCIPE
CLEMENTISSIME DEUS
SERVI TUI
DEMISSE ORANTIS
VOTA,
ET ME,
CONJUGEM, LIBEROS,
DOMUMQUE MEAM,
POPULOS, EXERCITUS MEOS,
REGNA ET PROVINCIAS
CONTINUA
MISERICORDIÆ TUÆ
PROTECTIONE GUBERNA
CUSTODI, AC DEFENDE.
ITA VOVI
ANNO DOMINI
SALVATORIS NOSTRI
IESV CHRISTI.

N. 214. Templum S. Petri. In hoc è regione Epitaphii Laziani cernitur epitaphium aliud, minus doctum; ſed antiqua ſimplicitate ſincerum, quod ſic loquirur:

*Non mirare Lector!*
*Pervetuſtam Magni Petri olim Parochialem*
*Nongentis annis ſtantem Eccleſiam*
*Funditus dirutam fuiſſe.*
*Cedere enim voluit Petrus, cedere Majori,*
*Nempe SS. Trinitati.*
*Sed mirare potius*
*Præſentem à novis fundamentis ſurgentem*
*Magnam Machinam, cui*
*A Regio* CæſAre LeopoLDo I. *&* MAgno,
*Subſtitutæ S. Petri ad SS. Trinitatem*
*Primus lapis ad ſummæ Aræ latus*
*Sub capitali Pila* 22. *April. poſitus eſt.*
*Directorem quæris?*
*Denuo mirare!*
*Seniculum* 71. *annorum utriusque magnitudinis*
*pondus portaſſe.*
*Prænobilis hic eſt Superintendens*
*D. Franciſcus a Ciſchini,*
*Auſtriacus Clauſtro-Neoburgenſis*

*SS.*

*SS. MM. Leopoldi & Joſephi Conſiliarius,*
*Sed mirari jam deſine ſenem,*
*Qui licet tribus incedat pedibus,*
*Se ipſo tamen fortior,*
*Quia tota SS. Trinitate fulciebatur:*
*Cui ſe, & ſua cum ſuis*
*hunc lapidem ponendo*
*Integro* C*or*D*e* D*e*DIC*a*VI*t.*
*Et anno poſt, ſeptimo Idus Junias*
I*n ſan*C*ta pa*C*e p*I*e ob*D*or*MIVI*t.*

In novo pretioſiſſimo veſtibulo Eccleſiæ S. Petri, ab Illuſtri aulæ Conſiliario Joachimo de Swandtner, anno 1756. conſtructo legitur:

QUÆCUNQUE VOVI, REDDAM PRO SALUTE DOMINO. Jonæ 2. v. 10.

N. 215. Prope templum S. Petri domus à Sancto Petro dicta, olim Parochi domicilium, cui è fundamentis reſuſcitatæ inſcriptum eſt:

*H*a*C* V*et*V*ſta ſan*C*t*I *Petr*I *Paroec*I*a*
F*V*n*D*I*t*V*s*
S*V*per*I*nten*D*ente *à* CI*s*C*h*I*n*I
EXCVL*ta.*

N. 217. Ante ingreſſum aulæ Friſingenſis ex foro herbario, à ſiniſtris Zythopolio ſuo inſcripſit caupo, vere pius:

Alle, die hier vorüber gehet,
Dieſen Stein wohl beſehet!

Anno 1683. den 14. Julii hat der Türk
mit 200000. Mann
Die Stadt Wienn ſtark griefen an.
Den 12ten Septembris iſt unſer Succurs
ankommen,
Und ihm ſein Stärk benommen:
Mit Verluſt all ſeiner Sachen,
Er ihn von Wienn hat weichen machen.
Darum die dieſes leſen wern,
Müſſen loben, preiſen, und ehren
Die heilige Dreyfaltigkeit,
Von nun an bis in Ewigkeit.
Hans Caſpar Neühaus. V. B.

Supra portam ipſius aulæ Friſingenſis legitur:

Ernſt von GOttes Gnaden Biſchof zu Lüttich, Adminiſtrator der Stifter Hildesheim, und Freiſing. I. H. G. B. F. H.

Nota! Erat ex Ducibus Bavariæ, Electus Friſingenſis A. 1566. Hildeſienſis A. 1573.

Leodienſis A. 1581. Tandem Elector Colonienſis A. 1583. Titulus poſtremus, cum in inſcriptione abſit, oſtendit aulam ab eo inſtaurutam intra annum 1581. & 1583. Mortuus eſt A. 1612.

In ſacello ipſo nulla inſcriptio.

In ipſa aulæ area ſuper portam majorem à dextris ſitam, inſcriptum: *Vitus Adamus Epus.* Inferius ſcutum, in cujus 1mo. & 4to. loco Gallus, in 2do. & 3tio. æthiops coronatus, inſigne Eccleſiæ Friſingenſis, cujus Antiſtes electus eſt A. 1618. Mortuus A. 1651. Cognomen illi erat Gebeck. Vide R. P. Caroli Meichelbeck, Tom. II. Hiſt. Friſing. p. 337. &c.

A. 1767. die 25. Junii in hoc templo ad aras operatus eſt Sereniſſ. & Reverendiſſimus Dominus, Dominus Clemens, Regius Poloniæ Princeps e Ducibus Saxoniæ, Epiſcopus Friſingenſis 1763. dein Ratisbon. Auguſtanus. Subinde Elector Trevirenſis.

N. 225. In ſacello S. Thomæ Apoſtoli legitur:

*Ao.* 1609. *Dominus Auguſtinus Hafner, Prætor Viennenſis Capellam hanc Divo Thomæ dedicatam reſtauravit, & cultum divinum, ibidem longo tempore intermiſſum, priſtinæ dignitati*

*nitati reſtituit. Quem, non ita poſt, Dominus Paulus Widemann, S. C. M. Prætor Viennæ ampliavit, auxit, & perpetuis proventibus dotavit. Ao. Chriſti 1620.*

Utriusque ſcutum muro affixum.

## An dem Altar.

*SS. Trinitati, Beatæ Mariæ, & S. Chriſtophoro Martyri hoc altare novum, loco veteris Tabulæ, ab Ao. 1438. Nob. ſtrenuus Dns Paulus Widemann, S. C. M. Conſil. & Conſul Viennenſis, Conjunxque Roſina, nata Moſerin extrui curavit. Ao. Chriſti 1625.*

Utriusque ſcutum.

NB. Auguſtinus Hafner ſepultus eſt apud Scotos in infimo Monaſterii ambulacro.

Prio-

# Prioribus adhuc in partibus emendanda & addenda, ſcitu digniſſima.

## PRIMA PARTE
*addenda vel emendanda.*

Pag. 162. poſt lin. 12. adde: A. 1550. 4. Maji in literis Leopoldi Ponauer, Verwalter der Erbern Bruderſchaft der Schreiberzech, Parochus ad S. Petrum ſcribitur Jacobus Pranniet.

Pag. 208. lin. 1. loco *eundem* lege Conradum II.

Poſt lin. 3. adde: V. Kal. Martii idem Epus literis ex Waidhoven datis, Heinrico Notario, Rectori prædictæ capellæ, & ſucceſſoribus ejus tribuit *vicinas areas ad capellam pertinentes in uſum ejus, qui pro tempore Rector fuerit capelle memorate.* Carol. Meichelbeck T. II. Hiſt. Friſing.

In hoc tamen authore initium hujus Eccleſiæ, & Curiæ non inveni; nam primum Diploma Ottokari datum Ao. 1256. confirmat generatim ſolum *jus & prærogativam, quam prædeceſſores ſui, Principes Auſtriæ, domui huic, & omnibus in dote capellæ ipſius commorantibus* noſ-

*noſcuntur contuliſſe.* In altero, dato Ao. 1274. duntaxat ait ſe confirmare *libertates & jura prædictæ Domus & Capellæ à Friderico quondam Auſtriæ Duce privilegiata.*

Ego exiſtimo prædictam Capellam, & Domum ſtructam primitus ab Ottone Epiſcopo Friſingenſi, conſenſu & auxilio Fratris Henrici Jaſomergott Auſtriæ Ducis.

Pag. 213. lin. 18. lege: Sic enim habet inſcriptio ſupra portam majorem Domus Correctionis:

IMPERANTE
LEOPOLDO
ET CONSULE DANIELE LAZARO
SPRINGER
S. C. M. C.
DISCIPLINARIUM HOC
S. P. Q. V.
EREXIT
MDCLXXIII.

Supra minorem portam:

LABORE ET FAME.

Supra portam domus, in qua Præfectus habitat;

MDCLXXIII.

Sub

*Sub ſuperintendentia D. Friderici Mueller à Löwenſtein, & D. Joannis Wich, Senatorum, in hoc Diſciplinario ab intus pro utroque ſexu conclavia accommodata, area hæc tota funditus muro circumvallata, domusque in horto noviter erecta, & locus pro ſacello expolitus, turrisque ſuper poſita eſt.*

Pag. 219. poſt lin. 2dam adde: Inſcriptio portæ principis:

IN GLORIAM DEI OMNIPOTENTIS
D. CAROLO BORROMÆO
DEPRECATORI
CÆS. AUG. CAROLUS VI.
REX CATH. ET APOST.
SOLVIT VOTUM
CUJUS PRO SALUTE POPULI
A. M. DCC. XIII. REUS
ET ANNO EODEM COMPOS FACTUS
EST.

Pag. 260. poſt lineam 18. adde:

Nota! Id temporis in medio templi, ante crates erat ara Chori, ut vocant, S. Marco dicata, atque ante hanc Fridericus Nauſea humatus eſt.

# PARTE II.

## *addenda, vel emendanda.*

Pag. 3. poſt lineam 15. incipe!

Et vero rectius alii factum hoc, & originem hujus nominis referunt ad annum 1242, quo, teſte Pernoldo, Tartari Viennam usque pervenere, à Friderico Duce poſtea depulſi. Atque inde domum, *do der Hayd ſcheuſt*, dictam volunt. Certe eques Tartaro ſimilis eſt, ac hodiedum in illa domo foramen oſtenditur, ubi Tartari urbem circumvolitantes ſubterraneum ingreſſum moliti; ſed à Piſtoribus detecti ſunt: eo enim tempore domus illa civitatis muro & foſſis etiamnum contigua erat. Ulterior vero Viennæ ea ex parte prolatio, Ottokaro Regi reſervanda; ut P. I. pag. 104. & 105. ex Anonymo Leobienſi, & Steyerero demonſtravi.

Pag. 66. poſt lineam 6. ſic incipe!

Denique in Comitiis Auſtriæ A. 1460. Viennæ celebratis, teſte Haſelbachio præſente, annuit Imperator; ut cives Wiennenſes habentes jus monetarum ab antiquo, iterum cuderent monetas, præſentibus meliores. V. Conſp. Hiſt. Univ. Vien. P. I. p. 189. Unde etiam nummis groſſiformibus Friderici III,

Imp.

Imp. quos habeo, de anno 1470. & 1471. inſcriptum: *Moneta nov. Civ.* id eſt Civitatis, vel civium.

Pag. 105. poſt lineam 26. adde: Sed in datis hoc anno Conſul legitur Paulus Holzkeuffel. *Tab. Beneficii S. M. Magd.*

Pag. 106. poſt lin. 7mam adde:

Die tamen S. Martini jam novus Conſul erat Paulus Würffel ex datis Georgii Newer, anno 1401. die Mercurii ante S. Martini. *Tab. S. Magdal.*

Lin. 13. adde: Sed in literis Annæ Sachſin hoc anno in die S. Dorotheæ Conſul notatur Chunrat Vorlauff. *Tab. S. Magd.*

Pag. 123. lin. 19. adde: in diplomate Alberti I. Auſtriæ Ducis datis III. Non. Maji A. 1283. legitur Reinbertus Judex Wiennenſis. *Vol. V. Monum. Boicorum pag.* 390.

Pag. 143. poſt lin. 13. lege: Sed in datis A. 1429. Sabbato ante S. Thomæ Apoſtoli Syndicus Civitatis denuo nominatur Ulricus Hierſchauer. *Tab. S. Magd.*

Pag. 162. ad calcem ſubjice!

Ordinis Teutonici Viennæ Commendatoribus interjiciendos cenſeo:

Ao. 1259. Fratrem Ottonem de Sleuntz, ex literis Nicolai Præpoſiti Clauſtro-Neoburgenſis, datis XII. Kal. Sept. *V. Duell. P. III. Hiſt. Ord. Teut. pag.* 54.

Ao. 1298. Hainricum de Gleina, ex datis ze Pulka die S. Georgii, & aliis datis Viennæ, die SS. Philippi & Jacobi, item die Aſſumptionis B. V. *V. Duell. Hiſt. Ord. Teut. P. III p.* 61.

Ao. 1382. Fratrem Michaelem in Wienna, Ordinis & Domus Teutonicorum Presbyterum ac Commendatorem, ex datis Donaldi Abbatis Scotenſis in Wienna die XI. menſis Aprilis. *V. Duell. cit. P. III. pag.* 50.

Ao. 1451. Wilhelmum Strenckreys, qui in Charta Stephani de Neydemburg, ſcribitur Commendator O. T. in Wienna Patav. Diœc. adfuiſſe Capitulo Ord. Teut. in Marienburg, ſub D. Ludovico de Erlichshwſen, Generali Magiſtro, ſeptima Febr. celebrato. *V. Duell. cit. P. II. pag.* 26.

Poſt pag. 162.

Nefas foret notitiam hic non addere Militum, ſeu Societatis S. Georgii de Templois, Viennæ excitatæ, ac ex primis Germaniæ familiis congregatæ.

Author hujus Otto Auſtriæ Dux, qui circa annum 1337. templo S. Auguſtini aliud minus

majori

majori contiguum, nec niſi angiportu ſejunctum dicto ordini conſtruxit: quod mox Ao. 1341. ſacris ritibus initiavit, cum duobus altaribus, uno S. Georgii, altero SS. Corporis Chriſti, Petrus Epiſcopus Marſopolenſis, ſuffraganeus Alberti Patavienſis Antiſtitis, 1. Maji. *MS. Bibliotheca Cæſarea.*

In eodem MS. habetur *Catalogus militum S. Georgii*, ſeu Societatis Templois, qui ſic notat:

*Fundatores Capellæ S. Georgii, ſeu Societatis Templois, Sereniſſimorum Principum Ducum Auſtriæ, nec non Comitum, Baronum diverſarum terrarum extiterunt, & exiſtunt ſubſcripti, inprimis: Illuſtr. Princeps Dux Otto. Illuſtr. Dux Fridericus. Illuſtr. Dux Leupoldus filii Ducis* (intellige Ottonis) *Illuſtr. D. Ulricus Comes de Phanberg, Illuſtr. D. Joannes Comes de Phanberg filius ejus. Illuſtr. D. Burchardus Comes de Maidberg, Illuſtr. D. Conradus Comes de Maidberg. Illuſtr. D. Fridericus Comes de Ortenburg. Illuſtr. D. Fridericus Comes de Zilegia* (Cileja) *Illuſtr. D. Joannes Comes de Pernſtain. Illuſtr. D. Joannes Comes de Nurnberg. Illuſtr. D. Albertus Comes de Nurnberg. Illuſtr. D. Fridericus Comes de Nurnberg. Illuſtr D. Joannes de Chapeller. Illuſtr. D. Ulricus, Illuſtr. D. Eberhardus filii ejusdem. Illuſtr. D. Joannes*

*junior de Chapeller. Illuſtr. D. Ulricus de Walſe de Styria. Illuſtr. D. Eberhardus de Walſe filius ejusdem de Styria. Illuſtr. D. Fridericus de Walſe. Illuſtr. D. Joannes de Walſe, frater ejusdem de Styria. Illuſtr. D. Henricus de Walſe. Illuſtr. D. Fridericus de Walſe frater ejus. Illuſtr. D. Rempertus de Walſe de Anaſo. Illuſtr. D. Fridericus Walſe de Anaſo frater ejus. Illuſtr. D. Eberhardus de Walſe de Droſendorf. Illuſtr. D. Fridericus de Walſe, de Droſendorf frater ejus. Illuſtr. D. Albertus de Puchaim. Illuſtr. D. Henricus de Meyſſove. Illuſtr. D. Otto de Meyſſau. Illuſtr. D. Henricus de Meyſſau. Illuſtr. D. Burchardns de Meyſſau. Illuſtr. D. Albertus de Rauchenſtain. Illuſtr. D. Fridericus de Stubenberg. Illuſtr. D. Henricus de Muntpreiſer. Illuſtr. D. Leutoldus de Potendorf. Illuſtriſſ. D. Rudolphus de Stadecke. Illuſtr. D. Albertus Stugſo. Illuſtr. D. Martinus Stugſo. Illuſtr. D. Petrus de Eberſtorf. Illuſtr. D. Berchtoldus de Loſenſtain. Illuſtr. D. Joannes Durſo. Illuſtr. D. Pilgrinus Strelby. Illuſtr. D. Joannes de Pruner. Illuſtr. D. Hartwigius de Weiſſeneck. Illuſtr. D. Otto de Seltenhoven. Illuſtr. D. Burchardus Chneuſer,* vel Chnauſtar, ut infra. *Illuſtr. D. Ulricus de Laſperg. Illuſtr. D. Hermannus de Stubnberg,* expedivit. *Illuſtr. D. Dyetricus Pincerna de Dobrach. Illuſtr.* D. *Ulricus de Graben. Illuſtriſſ.*

*ſtriſſ.* D. *Albertus Pincerna de Riet. Illuſtr.* D. *Chraſto Hauſer. Illuſtr.* D. *Eberhardus de Wülzendorf. Illuſtr.* D. *Nicolaus Schelcko. Illuſtr.* D. *Eberhardus de Tachsberg. Illuſtr.* D. *Conradus de Perneck. Illuſtr.* D. *Burchardus de Winden. Illuſtr.* D. *Chatoldus de Echarzau. Illuſtr.* D. *Chatoldus de Echarzau, frater ejus. Illuſtr.* D. *Conradus de Chreygar. Illuſtr.* D. *Bernardus Druchſazz. Illuſtr.* D. *Joannes de Druchſazz.*

*Item Illuſtr. Principes Albertus & Leutpoldus Duces Auſtriæ, Styriæ, & Carinthiæ* (erant hi, filii Alberti II. Ducis Auſtr.) *qui intraverunt Societatem Capellæ Dominorum Templois, Ao. MCCCLXVIII. Illuſtr.* D. *Henricus Comes de Pernſtain, Rex conſtitutus Anno* D. *quo ſupra. Illuſtr.* D. — — — *Dux Saxoniæ. Illuſtr.* D. *Hartwigius de Pettau. Illuſtr.* D. *Henricus de Meyberg. Illuſtr.* D. *Albertus de Streitbeſár. Illuſtr.* D. *Henricus de Pottendorf. Illuſtr.* D. *Henricus de Walſe.*

*Item Ao.* D. *MCCCLXIX. intraverunt Societatem:* D. *Fridericus Glannzer.* D. *Ulricus Walchenſtainer.* D. *Weichardus Polhamer.*

*Iſti ſunt Domini defuncti, qui ſolverunt pro Capella S. Georgii Templois. Illuſtr.* D. *Fridericus Comes de Cilegia expedivit. Illuſtr.* D. *Ulricus Lazpergarius expedivit. Illuſtr.* D.

*Burchardus Chnauſtarius expedivit. Illuſtr.* D. *Fridericus de Ehrenſpeth expedivit. Illuſtr.* D. *Fridericus de Seſſato expedivit. Illuſtr.* D. *Henricus de Buchaim expedivit. Illuſtr.* D. *Henricus de Chranichberg expedivit. Illuſtr.* D. *Ulricus de Chapellar, ſolvit tantum* $\frac{13}{1}$. *libr.*

*Iſti ſunt Domini Capellæ S. Georgii Templois, qui non ſolverunt: Illuſtr.* D. *Ulricus Comes, & Illuſtr.* D. *Joannes Comes filius de Phanberg, Illuſtr.* D. *Burchardus, & Conradus Comites de Maidenburg, Illuſtr.* D. *Fridericus Comes de Ortenburg, Illuſtr.* D. *Joannes, & Illuſtr.* D. *Albertus Burggrafii de Nurnberg. Illuſtr.* D. *Joannes, & Joannes junior de Chapellar. Illuſtr.* D. *Henricus de Balſe, & Illuſtr.* D. *Fridericus de Walſe de Styria. Illuſtr.* D. *Eberhardus de Balſe, & Illuſtr.* D. *Henricus de Balſe, de Droſendorf. Illuſtr.* D. *Henricus, & Illuſtr.* D. *Otto de Meyſſau. Illuſtr.* D. *Albertus de Rauchenſtain. Illuſtr.* D. *Henricus de Muntpreiſer. Illuſtr.* D. *Leutoldus de Pottendorf. Illuſtr.* D. *Pilgrinus Strelby. Illuſtr.* D. *Joannes de Prunner. Illuſtr.* D. *Hartwigius de Weiſſeneck. Illuſtr.* D. *Dyetricus Pincerna de Riet. Illuſtr.* D. *Eberhardus de Wulzendorf. Illuſtr.* D. *Nicolaus Schelko. Illuſtr.* D. *Burchardus de Winden. Illuſtr.* D. *Hermannus de Tanberg. Illuſtr.* D. *Joannes de Buchaim. Illuſtr.* D. *Rudolphus*

*Sta-*

*Stadeck. Illuſtr. D. Fridericus de Stubenberg. Illuſtr. D. Wolfgangus de Stubenberg. Illuſtr. D. Hartwigus de Pettau. Illuſtr. D. Petrus de Eberſtorf. Illuſtr. D. Bertholdus de Loſenſtain. Illuſtr. D. Joannes Durſó. Illuſtr. D. Otto de Seldenhoven.*

Plura non innotuere; quoniam plura, quæ fuere in illo MS., folia edax vetuſtas irreparabili damno abſumpſit.

Nota! Nonnulla in apographum manuſcripti menda irrepſerunt, quæ emendavi; plura emendaturus, ſi ipſum autographum nanciſci licuiſſet.

In nominato ſacello nonnullos equites eſſe ſepultos indubium faciunt complura ibidem epitaphia: ego tamen ex his, quæ legi, nullum Equiti cuidam S. Georgii de Templois indubitanter aſſignare auſim.

Sed unde huic ordini nomen S. Georgii de Templois adhæſit? Ex templo S. Georgii, quod hodie ſacellum defunctorum nuncupatur; ad ejus enim conſtructionem ſinguli equites ſuam ſymbolam conferre debebant; ut ſupra demonſtratum eſt: unde etiam Germanica linqua, vulgo Templojer dicebantur.

Ordo hic longam ætatem non tulit, ac forſan A. 1468. à Friderico III. per Equites S. Georgii de Mühlſtadt renovatus eſt; quamvis

vis Paulus II. in ſuo brevi dicat, hunc ordinem (nempe de Templois) ad inſtar Teutonici à ſe probari.

## PARTE III.

### *addenda, vel emendanda.*

Pag. 151. poſt lin. 17. lege:

### In Brisgovia.

In Monaſterio S. Trutperti Brisgoviæ, antea Neumaga dicto, Ord. S. Benedicti, pone ſummam aram Epitaphium cernitur hujus tenoris:

Hic. requiescunt. Fundatores. hujus. loci. Comites. de. Habspurg. Ottpertus. Rempertus. et. Luitfridus. Landgravii. Alsatiæ.
Item. Hunfridus. Luitfridus. et. Hugo.
Domina. Ermentruda.

Nota! hos reapſe fuiſſe Comites Vindoniſſæ Altenburgicos, ex quibus aliqui familiam Habſpurgicam deducunt.

Luitfridus Comes de Abenſpurg, vixit A. 902. filii ejus erant Hunfridus, Luitfridus, & Hugo: Ermentruda probabiliter filia.

In ſententia Guillimanni Hunfridus genuit Guntramnum II. à quo omnes familiam Habſpurgicam derivant. V. Fuggeri Ehrenſpiegel pag. 23.

N. 152. lin. ultimæ adde: In Choro Cathedralis Eccleſiæ Spiræ duo cernuntur monumenta elevata, in quovis quatuor lapides ſepulchrales; ſub priori jacet Imperator Conradus II. Salicus, mortuus 1039. Henricus III. mortuus 1056. Henricus IV. mortuus 1106. Henricus V. mortuus 1125.

Inſcriptio:

FILIUS HIC; PATER HIC; AVUS HIC; PROAVUS JACET ILLIC.

In altero monumento conditi ſunt Philippus Germaniæ Rex, occiſus Bambergæ 1208. 22. Junii. Rudolphus. Albertus. Adolphus.

Delineatum horum monumentum vide apud Fuggerum pag. 257.

## PISIS.

Joannes Patruicida Alberti Cæſaris, vixit deinceps in Monaſterio Auguſtinianorum Piſis, ubi 13. Decembris Ao. 1313. mortuus, & ſepultus eſt, adjecta epigraphe:

*Mille trecentis, Chriſti, decem cum tribus annis.*
*Defecit juvenis Ducis Auſtri vita Joannis.*
*Idus Decembris obit hic, Piſis tumulatus.*
*Inter nos animo, virtutibus atque probatus.*
*Stirpis Regalis fuit ex utroque parente:*
*Nunc immortalis dotetur ab Omnipotente.*

V. Fugger cit. p. 264.

BA-

## BASILEÆ.

In Choro Cathedralis Eccleſiæ poſt aram, in qua Venerabile Chriſti corpus adſervatur, eidem ſepulchro duæ incumbunt ſtatuæ. Sepulta hic, una cum filio Carolo, (ut videtur) Anna Rudolphi I. Conjux, mortua Viennæ A. 1281. 16. Februarii, alii notant 23. Febr. Carolus natus eſt A. 1276. 14. Febr. in die S. Valentini: obiit eodem anno 16. Auguſti.

Anno 1597. dum templum cathedrale inſtauraretur, ſepulchro ſequens Epitaphium adjectum: D. O. M. S.

ANNÆ AUGUSTÆ.
BURCHARDI. COM. HOHENBERG. FILIÆ.
RUDOLPHI I. IMP. AUG. COM. HABSP.
CONJUGI.
ET. FOECUNDÆ. PARENTI. AUSTR. PRINCIP.
SERENISS.
ALBERTI. I. IMP. MATRI.
UNA. CUM. CAROLO. FILIO.
AO. DNI. MCCLXXXI. XIX. MARTII. HIC
SEPULTÆ
S. P. Q. B.
QUUM. S. HANC. ÆDEM. NITORI. SUO. PRISTINO.
RESTITUENDAM. CURARET.
HONORIS. ERGO.
CIRCITER CCCXV. POST. EXEQUIAS.
H. M. L. P.

Hujus monumenti adumbrationem, &c. V. apud Fuggerum pag. 111. & 125.

## KÖNIGSFELDÆ.

In Clauſtro-Königsfeld duplici, Filiorum, & Filiarum S. Franciſci, quod cum Matre Eliſabetha Agnes, Vidua Hungariæ Regina fundavit. Templum A. 1320. perfectum, 5ta Febr. conſecratum eſt per Joannem Argentinenſem Epiſcopum in honorem B. Virginis, & Omnium Sanctorum: Ara vero major, eo loco, ubi Albertus I. Imperator occubuit, ſtructa, Corpori, Sanguini, & Cruci Chriſti.

In medio templi Agnes cryptam conſtituit, cui incumbit quadratum monumentum ex albo, & nigro marmore, clathris ligneis cinctum, in quorum ſingulis angulis quatuor ſcuta: Imperii, Auſtriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, Tyrolis, & Habſpurgi, depicta proſtant. Ectypon vide apud Fuggerum pag. 373.

Monaſterio aſſignatum eſt Hungariæ ſcutum, nempe crux alba Patriarchalis, ſuper viridi tricolle coronato, in campo rubro.

Undecim ex Auſtriaca gente hic quieſcentium perſonarum nomina, tabula adjecta ſic exprimit:

In dieſem Grab ligen, von der Hochgebohrnen Herrſchaft von Oeſterreich, die Edlen Herren und Frauen, ſo hernach geſchrieben ſtehen.

Zum erſten, Frau Eliſabetha, gebohren von Khärnten, Künig Albrechts von Rom Gemahl, der auf dieſer Hofſtaat verlohr. Darnach Fr.

Agnes

Agnes, ihr Tochter, Weiland Künigin zu Hungarn. Vnd unſer gnediger Herr, Herzog Leobold, der zu Sembach verlohr. Herzog Leobold der alt, und Frau Catharina ſein Gemahel, geboren von Saphoi, und Frau Catharina, ihre Tochter, Herzogin von Cuſſin. Herzog Hainrich von Oeſterreich, und Frau Eliſabetha ſein Gemahel, geboren von Virneburg. Herzog Friderich, des Röm. Künigs Friderichs von Rom Sohn. Frau Eliſabeth, Herzogin von Lothringen. Vnd Frau Gutta, Gräuin von Oettingen.

Erant & in Eccleſiæ feneſtris diverſæ icones harum & aliarum principum perſonarum, quæ tamen nunc, maxima ex parte evanuere: earum tamen adjectas epigraphas oculis ſubjicere expedit:

*Anno Domini* 1291. 18. *Idus Auguſti, obiit* D. D. *Rudolphus Rex Romanorum, Pater Dni Alberti Romanorum Regis.*

*Anno Domini M. CCC. VIII. Calend. Maji occiſus eſt* D. D. *Albertus Rex Romanorum, in loco, ubi nunc eſt majus altare.*

*Anno Domini M. CCC. XIII. V. Calend. Novembris obiit Sereniſſima Domina Eliſabetha Regina Romanorum,* Fundatrix iſtorum duorum monaſteriorum, *Conthoralis quondam Dni Alberti Regis Romanorum.*

*Anno Domini M. CCC. obiit Sereniſſimus D. D. Andreas Rex Hungariæ, Conthoralis quondam Dominæ Agnetis Reginæ Hungariæ. Illuſtriſſima Domina Domina Agnes, quondam Regina Hungariæ, filia Domini Alberti Regis Romanorum, per cujus procurationem iſta duo monaſteria plene ſunt ædificata.*

*Anno Domini M. CCC. VII. IIII Nonas Julii, obiit Dominus Rudolphus Rex Bohemiæ, filius Domini Alberti Regis Romanorum.*

*Anno Domini M. CCC. XXVI pridie Calend. Mart. obiit Dominus Leopoldus Dux Auſtriæ, filius Domini Alberti Regis Romanorum.*

*Anno Domini M. CCC. XXVII. III. Nonas Januarii obiit Dominus Heinricus Dux Auſtriæ, filius Domini Alberti Regis Romanorum.*

*Anno Domini M. CCC. XXXIX. XIII. Calend. Martii obiit Dominus Otho Dux Auſtriæ, filius Domini Alberti Regis Romanorum*

*Anno Domini M. CCC LVIII XIII Calend. Auguſti obiit Illuſtriſſimus Dominus Albertus, Dux Auſtriæ, Styriæ, & Carinthiæ.*

*Dominus Rudolphus, Alberti Ducis Auſtriæ filius.* Nempe Fundator dictus, mortuus 1365. 27. Julii.

*Dominus Rudolphus Dux Lotharingiæ*, *obiit* 1346. Filius nempe Friderici III. Ducis Lotharingiæ, & Eliſabethæ, filiæ Alberti I. Rom. Regis.

*Domina Margaretha Duciſſa de Cabilon.* Soror prioris.

*Domina Eliſabetha Duciſſa de Barri.* Soror prioris.

Pag. 170. poſt ultimam lineam lege:

Et certe in MS. Trautſohniano pag. 64. recentiori manu ſcriptum reperitur:

*Tabula plumbea in ſepulchro D. Cæſaris Maximiliani I. quod Ao. Domini* 1573. *die* 29. *menſis Sextilis*, *decreto Imp. Maxim. II. Neapoli Auſtriæ fuit apertum*, *hunc titulum*, *antiquis literis exaratum præſeferens*, *fuit reperta.*

AO. DNI. M. D. XIX. DIE XII. MENSIS JANUARII DIVUS CÆSAR MAXIMILIANUS, FRIDERICI TERTII ROM. IMP. FILIUS, ROMANORUM IMPERATOR SEMPER AUGUSTUS, AC GERMANIÆ, HUNGARIÆ, DALMATIÆ, CROATIÆ REX, ARCHIDUX AUSTRIÆ, DUX BURGUNDIÆ, BRABANTIÆ &C. RELICTIS EX

FILIO

FILIO PHILIPPO, REGE HISPANIARUM PRÆMORTUO, FILIIS CAROLO REGE, FERDINANDO PRINCIPE HISPANIARUM, ARCHIDUCIBUS, AUSTRIÆ HÆREDIBUS, PRINCEPS CLEMENTISSIMUS, AC VIRTUTE BELLICA, ET RE MILITARI INCOMPARABILIS, OBIIT CHRISTIANISSIME ANNO IMPERII 32. ÆTATIS 60. CUJUS SPIRITUS DEO VIVAT. AMEN.

*Obiit autem in oppido Wels, hora tertia ante auroram.*

*5. die Septemb Ao 73. ſepulchrum cluſum Mannus Zotti* (ego legerem manu Zotti) *qui fuit commiſſarius ad aperiendum ſepulchrum.*

Nota! Nulla hic de oſſibus Maximiliani I. memoria, niſi hoc ipſo tempore ad Mauſolæum, Æniponti perfectum, fuiſſent translata: ſane ad inſpicienda ſolum oſſa, ſeptem diebus, à 29. Auguſti ad 5. Septembris, opus haud erat.

Subjicio Sepulturis Habſpurgicis, apographum; ſed ab aliquo copioſe auctum Neoſtadienſis

dienſis Tabulæ Genealogico Necrologicæ, Familiæ Habſpurgico-Auſtriacæ, mihi à ſtrenuo Domino Joſepho Väſshueber, tunc temporis Conſule Neoſtadienſi transmiſſum, & ad plurium uſum latinitate donatum, atque à variis, ſeu Authoris, ſeu amanuenſis mendis emendatum.

*Anno Domini* MCCLXXIII. *Nobilis Dominus & Comes Rudolphus de Habſpurg ab Electoribus unanimibus votis, in Romanorum Regem electus eſt, eo, quod eſſet juſtus & pius.*

*Anno Domini* MCCLXXXXI. *menſe Julio nominatus Rex Rudolphus mortuus eſt, relictis duobus filiis Alberto, & Rudolpho, Ducibus Auſtriæ: pater Spiræ ſepultus eſt.*

*Anno Domini* MCCCVIII. 1. *Maji a Duce Joanne, fratris filio, Rex Romanorum, Albertus occiſus eſt prope arcem Prugk, eo loco, ubi nunc ara major Clauſtri Königsfeld. Reliquit decem proles, Fridericum, dein Rom. Regem; 2dum Leopoldum, tertium Albertum, quartum Henricum, quintum Ottonem. Sexta erat filia* (Agnes) *uxor* (Andreæ III.) *Regis Hungariæ. Septima Elsbet uxor* (Friderici III.) *Ducis Lotharingiæ. Octava Anna uxor Ducis de Polan:* primum Hermanni Longi, Marchionis Brandeburgici, dein Henrici VI. Ducis Wratislavienſis, ex familia Polo-

Polonica Piaſtorum. *Nona Catharina Duciſſa Calabriæ;* uxor nempe Caroli Calabriæ Ducis. *Decima Agnes, uxor* (Ludovici VII.) *Comitis de Oettingen. Albertus Rex ſepultus eſt Spiræ.*

*Anno Domini* MCCCXII. *(1322.) mortuus eſt Dux Fridericus, filius Friderici Rom. Regis, ſepultus in Königsfeld.*

*Anno Domini* MCCCXXI. *(1314.) in die Apoſtolorum Simonis & Judæ mortua Eliſabetha, Alberti Rom. Regis Vidua, filia Mainhardi Ducis Carinthiæ, Mater prædictarum decem prolium, ſepulta in Königsfeld.*

*Anno Domini* MCCCXXVI. *ultima Februarii mortuus eſt Dux Leupoldus, filius Alberti Rom. Regis, ſepultus in Königsfeld.*

*Anno Domini* MCCCXXVII. *in die S. Blaſii mortuus eſt Dux Auſtriæ Heinricus, Alberti Rom. Regis filius, ſepultus in Königsfeld.*

*Anno Domini* MCCCXXIX. *5. Martii mortua Sereniſſ. Domina Agnes* (rectius Gutta) *Comitiſſa de Oettingen, filia Alberti Rom. Regis, ſepulta in Königsfeld.*

*Anno Domini* MCCCXXX. *in Octava Epiphaniæ mortuus Sereniſſ. Rom. Rex Fridericus, nominati Alberti Rom. Regis, & Elsbet Reginæ filius, qui fundavit Clauſtrum Mauerbach, & ibidem eſt ſepultus.*

*Anno Domini* MCCCXXX. 12. *Julii, mortua eſt Sereniſſ. Princeps, Elsbet, defuncti Friderici Regis uxor, filia Jacobi Arragoniæ Regis, ſepulta Viennæ, in Choro, apud Minoritas.*

*Anno Domini* MCCCXXXVI. *in die S. Hieronymi mortua eſt Nobilis Domina Domina Catharina, Sereniſſ Auſtriæ Ducis Lewpoldi defuncti conjux, ſepulta in Königsfeld.*

*Anno Domini* MCCCXL. (1339.) 17 *Februarii* (aliis 16.) *mortuus eſt Sereniſſ. Princeps Dux Otto, filius Alberti Rom. Regis, ſepultus in Clauſtro ad Neunberg.*

*Anno Domini* MCCCXLIII. *in die Exaltationis S. Crucis mortua eſt Nobilis Domina Elsbeth, quæ fuit uxor Ducis Auſtriæ Heinrici, ſepulta in Königsfeld.*

*Anno Domini* MCCCXLVIIII. *in pervigilio S. Michaelis, mortua eſt Sereniſſ. Princeps Domina Cathrey, Leopoldi Auſtriæ Ducis defuncti filia, ſepulta in Königsfeld.*

*Anno Domina* MCCCLII. 19. *Maji mortua eſt Sereniſſ. Princeps, Domina Elsbeth, de Lotharingia, filia Alberti Rom. Regis, ſepulta in Königsfeld.*

*Anno Domini* MCCCLVIII. 20. *Julii* (30. Julii) *mortuus eſt Sereniſſ. Dux Auſtriæ Albertus, filius dicti Alberti Rom. Regis, qui poſt ſe reliquit ſex proles, Rudolphum, Frideri-*

*dericum, Albertum, Lewpoldum, & Dominam Margaretham Marchioniſſam in Branburtis, Nuptam primum Mainhardo Marchioni Brandenburgico, & Duci Bavariæ, Maultaſchiæ filio, dein Joanni Henrico Marchioni Moraviæ, fratri Caroli IV. Imperatoris, primo Maultashiæ marito, ſed repudiato: & Dominam Catharinam, quæ fuit Abbatiſſa ad S. Claram Viennæ. Ipſe fundavit Clauſtrum in Gemming, ac ibidem ſepultus eſt.*

*Anno Domini* MCCCLXII. 10. *Decembris mortuus eſt Sereniſſ. Princeps Dux Auſtriæ Fridericus, filius laudati Auſtriæ Ducis Alberti, ſepultus Viennæ ad S. Stephanum.*

*Anno Domini* MCCCLXII. (1365.) *Dominica poſt S. Jacobi mortuus eſt Mediolani Sereniſſ. Princeps Dux Auſtriæ Rudolphus IV. qui habuit Conjugem Catharinam* ( Caroli IV. ) *Imperatoris filiam. Obtinuit Comitatum Tyrolis, fundavit Præpoſitum, & Canonicos Viennæ ad S. Stephanum, inchoavit novum ædificium Viennæ ad S. Stephanum, & ibidem ſepultus eſt.*

*Anno Domini* MCCCLXIIII. 10. *Junii mortua eſt Sereniſſ. Domina Agnes Regina Hungariæ, filia Rom. Regis Alberti. Poſt mortem Andreæ mariti, manſit Vidua in Königsfeld, Domino noſtro ſedulo deſerviens, fundavit ibidem Monaſterium fratrum Minorum, &*

*alterum Sororum S. Claræ, ac ibidem ſepulta eſt.*

*Anno Domini* MCCCLXXXVI. 9. *Junii* (Julii) *prope Sembach in ſua provincia à Suiceris & Tigurinis occiſus eſt Sereniſſ. Princeps Dux Lewpoldus, filius nominati Ducis Alberti; uxorem habuit filiam Bernabovis Ducis Mediolani, ex qua reliquit quatuor filios Wilhelmum, Lewpolaum, Erneſtum, & Fridericum, ac Virginem* — — Catharinam. Item Margaritham & Elisabetham. *Dux Lewpoldus inchoavit aulam Neoſtadienſem, ſepultus in Königsfeld.*

*Anno Domini* MCCCLXXVI. (1386.) 8. *Auguſti mortua prædicta Virgo* (Catharina) *memorati Ducis filia, ſepulta Viennæ ad S. Stephanum.* (ad S. Claram)

*Anno Domini* MCCCLXXXXV. 18. *Auguſti* (XXIX. Auguſti) *mortuus eſt Sereniſſ. Dux Auſtriæ Albertus, filius laudati Ducis Alberti. Fundavit Univerſitatem Viennenſem, & Monaſterium Converſarum Dominarum ad S Hieronymum. Idem conſtruxit arcem Laxendorf* (Laxenburg) *& piſcinas in Gunderſtorf, & Pittermanſtorf, ſepultus Viennæ ad S. Stephanum.*

*Anno Domini* MCCCCIIII. *mortuus eſt Newnburgi* (Korneoburgi) *Dux Albertus, ultimo nominati Alberti Ducis filius, dum ab obſi-*

*obſidione Znoymæ rediret: uxor erat* ( Joanna ) *Principiſſa Hollandiæ, ex qua reliquit filium Albertum; ipſe ſepultus eſt Viennæ ad S. Stephanum.*

*Anno Domini* MCCCCVI. *die Diviſionis Apoſtolorum mortuus Dux Auſtriæ Wilhelm. qui habuit uxorem filiam Caroli Regis de Pulan* ( de Apulia) *ſed improlem: ſepultus Viennæ ad S. Stephanum.*

*Anno Domini* MCCCCXI. *mortuus eſt Sereniſſ. Princeps Dux Lewpoldus, die Mercurii poſt Pentecoſtem; uxorem habuit* ( Philippi Audacis ) *Burgundiæ Ducis filiam; ſed improlem: continuavit ædificium aulæ Neoſtadienſis.*

*Anno Domini* MCCCCXXIV. 10. *Junii in pervigilio Pentecoſtes mortuus eſt Dux Auſtriæ &c. Erneſtus; uxor ejus* ( ſecunda ) *erat filia* ( Alexii ſeu Zemoviti Ducis Maſſoviæ) *Cimburgis de Polan* ( de Polonia ) *ex qua reliquit tres proles: primum Fridericum, ſecundum Albertum, tertium Erneſtum. Prima ejus filia dicta eſt Margaretha, ſecunda Catharei; tertia Anna: ipſe ſepultus in Monaſterio Runenſi.*

*Ante dictum Archiducem mortua eſt Sereniſſ. Princeps Virgo Alexandra, poſtea Sereniſſ. Princeps Rudolphus; dein Sereniſſ. Princeps, Dux Lewpoldus: omnes hi fuere proles nominati Ducis Erneſti.*

*Anno Domini* MCCCCXXVI. ( 1429.) *die Jovis ante diem S. Michaelis, intra undecimam, & duodecimam mortua eſt Sereniſſ. Domina Cimburga, Archidux Auſtriæ, nata de Maſſovia, dicti Ducis Erneſti conjux, Lilienveldæ in reditu ex cellis Marianis: & Lilienfeldæ ſepulta.* Reliquit *proles: primam Fridericum, 2dam Albertum, tertiam Erneſtum, quartam Margaretham, quintam Cathrei, ſextam Annam.*

*Anno Domini eodem in die S. Martini mortua eſt Sereniſſ. Princeps, laudata Virgo Anna, & cum ante nominatis ſorore Virgine Alexandra, & fratribus Duce Rudolfo & Duce Lewpoldo, in Parochiali B. V. in Choro Neoſtadii ſepulta eſt.*

*Anno Domini* MCCCCXXXII. *in die S. Laurentii intra nonam & decimam noctis mortuus eſt Dux Auſtriæ Erneſtus junior, Ducis Erneſti, & Cimburgis filius, ſepultus Neoſtadii in Choro templi Parochialis B. V. penes ſororem Virginem Annam, Alexandram, & fratres Rudolfum, & Lewpoldum.*

*Anno Domini* MCCCCXXXV. ( 1439. ) *in die Solſtitii, mortuus eſt Sereniſſ. Dux Auſtriæ Fridericus, uxor ejus* ( ſecunda ) *erat de Brunswico* ( Anna Friderici Ducis Brunswicenſis filia ) *quæ mortua eſt, & jacet ſepulta in Monaſterio Stambſii. Nominatus Dux jacet*

in

*in eodem monaſterio: reliquerunt filium Ducem Sigismundum.*

*Anno Domini eodem* (nempe 1439.) *in die Simonis & Judæ mortuus eſt Albertus electus Rom. Rex, Rex Ungariæ, & Bohemiæ, Archidux Auſtriæ, ſepultus Albæ Regalis: Uxor ejus erat Imperatoris Sigismundi, Ungariæ, & Bohemiæ Regis filia Eliſabetha: ex qua habuit duos filios, & duas filias: Annam, & Eliſabetham: primus filius Georgius mortuus eſt parvulus; ſecundus Laſla, coronatus in Regem Ungariæ Albæ Regalis, mortuus Pragæ, Anno Domini* MCCCCLVII. *in die S. Clementis, ſepultus ibidem in monte S. Wenceslai.*

*Anno Domini* MCCCCXL. *Dux Fridericus, dicti Ducis Erneſti filius electus eſt in Regem, Romanorum. Coronatus Aquisgrani in templo B. V. in die Solſtitii anni* XLII.

*Anno Domini* MCCCCLI. *laudatus Rex Fridericus, Erneſti ſenioris filius, Imperator Romanorum coronatus eſt Romæ, eidemque copulata Regis Luſitaniæ filia, nomine Eliſabetha. Ex qua genuit tres filios, & duas filias. Primus filius erat Chriſtophorus, mortuus parvulus anno Domini* MCCCCLVI. *die Sabbathi ante* Dominicam *Palmarum: Sepultus in Monaſterio SS. Trinitatis Neoſtadii. Secundus filius Maximilianus, natus* MCCCCLVIIII. *in die S. Ruperti, qui eo anno con-*

*convenit cum viridi die Jovis. Tertius filius erat Joannes, mortuus parvulus anno* Domini MCCCCLXVII. *die lunæ ante* Vaſchangtag. *Sepultus in prænominato Monaſterio apud fratrem Chriſtophorum. Prima filia Helena, mortua parvula anno* Domini MCCCCLXI. *ſepulta in prædicto Monaſterio apud duos fratres Chriſtophorum, & Joannem. Altera filia, dicta Kunigundis, Nata eſt anno Domini* MCCCCLXV. *in die S. Ruperti, qui eſt in Quadrageſima.*

*Anno* Domini MCCCCLXIII. *mortuus eſt* Dux *Albertus, dicti* Ducis *Erneſti ſenioris filius, & frater prænominati Romanorum Imperatoris Friderici, die Veneris ante feſtum S. Nicolai, ſepultus Viennæ ad S. Stephanum, mortuus improlis, uxor erat* (Mechtildis) *filia Ludovici Comitis Palatini ad Rhenum.*

*Anno* Domini MCCCCLXXXXIII. *die lunæ ante feſtum S. Bartholomæi intra* 1. *& 2dam horam poſt meridiem Lincii, mortuus eſt Fridericus III. Rom. Imp. Ungariæ,* Dalmatiæ, *Croatiæ &c. Rex,* Dux *Auſtriæ, Styriæ, & Carnioliæ:* Dominus *Marchiæ Windicæ, & Portus Naonis. Comes Habſpurgi, Tyrolis, Pheretis, & Kiburgi. Marchio Burgaviæ, & Landgravius Alſatiæ, ſepultus Viennæ in Cathedrali S. Stephani. Omnipotens, æternus* Deus, *& laudabilis Virgo Maria, cum omnibus exerci-*

*ercitibus coeleſtibus, ejus & omnium fidelium animabus propitii ſint: Amen.*

Locus Monogrammatis, quod P. III. pag. 168. exhibui.

*Anno Domini* 1519. 12. *Januarii Welſii in Auſtria ſupra Anaſum mortuus eſt Auguſt. & Potent. Princeps &* D. D. *Maximilianus, electus Roman. Imperator, Germaniæ, Ung. Dalm. Croatiæ &c. Rex, Landgravius Alſatiæ, Marchio Burgoviæ &c. Princeps Sueviæ,* gefürſteter *Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tyrolis &c. Friderici III. Imp. filius, qui per uxorem Mariam Caroli Audacis, Burgundiæ Ducis, filiam, ex qua tres proles Regem Philippum, Archiducem Franciſcum, &* D*ominam Margaretham ſuſcepit, Burgundicas Provincias obtinuit: & per filium, Regem Philippum Hiſpaniam, Ungariam, Neapolim Auſtriæ adjunxit.* Romanum *Imperium* 32. *annis adminiſtravit, & pro Imperio, Auſtria, Burgundia multa prælia feliciter geſſit. Chriſtiane omnibus proviſus beato fine quievit. Duos hæredes, Potentiſſimum Rom. & Hiſp. Regem Carolum, & Archiducem Ferdinandum fratres, memorati Philippi Regis, anno* 1507. *in Hiſpania defuncti filios, poſt ſe reliquit. Laudatus Imperator ante mortem in toto Chriſtiano orbe pacem procuravit, & ante mortem Sepulturam ſibi conſtituit Neoſtadii in*

*Sa-*

*Sacello aulico ſub ara majori, ubi etiam jacet. Deus Omnipotens ejus animæ in æternum propitius ſit, & clemens.*

27. *Januarii anno* 1547 *Auguſtiſſima & Clementiſſima Princeps & D. D. Anna, Auguſtiſſimi & Potentiſſimi Principis, ac D. D. Ferdinandi, Rom. Ung. & Boh. Regis, Infantis Hiſpaniarum, Archiducis Auſtriæ, Ducis Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, & Würtenbergæ, Comitis Tyrolis &c. noſtri Domini Clementiſſimi perdilecta conjux ab omnipotenti Deo, perſoluto naturæ debito, ex hac miſeriarum valle vocata Pragæ, in arce Regia, pie in Domino migravit. Omnipotens Deus ipſi, & nobis omnibus, ſecundum ſuam divinam voluntatem cum gratia gaudioſam reſurrectionem ad vitam æternam largiatur. Amen.*

Monogramma, ſuperius elogio Friderici III. & Maximiliani I. interjectum, huic aſſignavi P. III. pag. 168. nec abſque cauſa; cum nullius ex ſuperioribus Regibus, vel Ducibus ſuum adſcriptum ſit: Maximilianus autem Neoſtadii, ubi tabula confecta eſt, & natus & ſepultus ſit. Ex inſpectione tamen Monogrammatis Maximiliani I. in ejus unico duntaxat ſigillo, ſeu rectius bulla aurea, expreſſi, alterum Friderici eſſe fateri cogor.

Addo

Addo Necrologium Chronicæ Auſtralis autographæ, in Collegio S. J. Neoſtadii conſervatæ, quod nonnulla in Neoſtadienſi Tabula prætermiſſa ſupplet, atque ſic habet:

Hic notantur memoriæ defunctorum omnium Ducum Auſtriæ cum eorum hæredibus.

Anno Domini MCCLXXXXI.

*Obiit Sereniſſimus* D. D. *Rudolfus* Rom. Rex *in Diviſione Apoſtolorum, & eſt ſepultus in Spira Civitate, & fundavit Clauſtrum Monialium in Tullna Ordin. Prædicat. & regnavit XIX. annis, & erat primo Comes de Habeſpurch.*

Anno Domini MCCC. VIII.

*In die Apoſtolorum Philippi & Jacobi occiſus eſt Sereniſſ.* D. D. *Albertus à patruele ſuo* Duce *Joanne, dicto Alant. Qui idem Albertus erat filius prædicti Domini Rudolfi Regis, & poſtea erat electus in* Regem *Romanorum, & erat occiſus in Chüngesvelde, ubi nunc poſitum eſt majus altare. Qui videlicet* Dominus *Albertus in ipſo die occiſionis ſuæ reliquit XII.* (lege X.) *liberos ſuperſtites. Scilicet Dominum* Rudolfum, *poſtea electum* Regem *Bohemiæ.* Sphalma; jam enim A. 1307. obiit. *Et Sereniſſ.* D. D. *Fridericum poſtea electum in* Regem *Roman. & Illuſtres Dominos Leupoldum, Albertum, Hainricum, & Ottonem*

Duces

*Duces Auſtr. Nec non & præclaras Dominas Dominas Agnetem Reginam Ungar. Elyzab. Ducissam Lotharingiæ. Annam Ducissam Bratislavie. Catharinam Ducissam Calabrie. Jeuttham Comitissam de Oettinga. Et idem Dominus Albertus ſepultus eſt in Spira, & fundavit Cœnobium in Herwortſtain, & regnavit X. annis.*

Anno Domini M. CCC. XIIII.

*In die Apoſtolorum Simonis & Judæ ⊖. Sereniſſima D. D. Elyzabeth Rom. Regina, Filia Domini Meinhardi Ducis Karinthiæ.* Relicta *præfati Domini Alberti* Regis. *Genitrix & mater liberorum omnium prædictorum De voluntate & adjutorio eorundem fundavit & dotavit in loco occiſionis prædicti Regis duo Monaſteria Fratrum Minorum, & ſororum Ordinis S. Claræ, una cum Choro, & Eccleſia, & aliis ædificiis univerſis in Chüngesvelde: & ibidem eſt ſepulta.*

Anno Domini M. CCC. VII.

*In die S. Udalrici Epiſcopi ⊖ Dominus* Rudol*fus* Rex *Bohemie, filius* Regis *Alberti, & eſt ſepultus in Praga.*

Anno Domini MCCCXXVI. *pridie Kal. Martii obiit Dominus Leupoldus Dux Auſtr. & Stirie, & eſt ſepultus in Chüngesvelde.*

Anno

Anno Domini MCCCXXVII.

*In die S. Blaſii ☉. Dominus Hainricus Dux Auſtr. & Stirie, & eſt ſepultus in Chüngesvelde.*

Anno Domini M. CCC. XXX.

*In Octava Epiphaniæ obiit Sereniſſimus Dominus Dominus Fridericus Rom. Rex, qui fundavit Monaſterium in Mauerbach, & ibidem eſt ſepultus, & obiit in Guetenſtain, & regnavit V. annis.*

Anno Domini MCCCXXX. *in die Sancte Margarete Virginis.* (vide de hac die notam pag. 212.) *obiit inclita Domina Domina Elyzabeth, filia Regis Arragonie, ac Sereniſſimi Regis Friderici Conthuralis, quæ erat totaliter ceca per ſex annos ante obitum, & eſt ſepulta Wienne in domo fratrum Minorum.*

Anno Domini MCCCXXXVIIII.
XIIII. Kal. Martii

*Obiit Dominus Ott Dux Auſtr. Styr. & Karinth. & fundavit Clauſtrum Criſeorum Monachorum in Novo Monte, & ibidem eſt ſepultus.*

Anno Domini MCCCXXX.

*In die annuntiationis S. Marie Virginis obiit inclita Domina Domina Elyzabeth Duciſſa Auſtr. Conthuralis Domini Ott, præfati Ducis Auſtr.*

*Auſtr. nec non & filia Stephani Ducis Babarie in fibris, & eſt ſepulta in Novo Monte, & genuit duos filios, videlicet Ducem Fridericum, qui natus eſt anno Domini MCCCXXVII. Scholaſtice Virginis, & Ducem Leupoldum qui natus eſt anno Domini M. Trecenteſimo XXVIII.*

Anno Domini MCCC.XXXVIII. III. Nonas Septembris *obiit inclita Domina Domina Anna Duciſſa Auſtr. Stir. & Karinth. Conthuralis præfati Ducis Ott. nec non filia Sereniſſ. Domini Johannis Regis Bohemie & eſt ſepulta in Novo Monte.*

Anno Domini MCCCXXIIII. *feria ſecunda proxima ante Mathie Apoſtoli obiit Domina Duciſſa Calabrie, Soror Ducis Auſtr. & eſt ſepulta Neapolim apud ſanctum Laurentium in domo fratrum Minorum.*

Anno Domini MCCCXXVIIII. *in Vigilia ſancti Mathie Apoſtoli obiit Domina Jeutha Comitiſſa de Oettinge, Soror Ducum Auſtr. & eſt ſepulta in Chüngesvelde.*

Anno Domini MCCCXXVI, *decimo Kalendas Novembris obiit inclita puella Elyzabeth, filia Sereniſſi Regis Friderici prædicti, & eſt ſepulta cum patre in Mauerbach.*

Anno Domini MCCCXXXVI. *pridie Kalendas Octobris obiit inclita Domina Domina*

Ka-

*Katharina, filia Comitis de Saphoy, relicta Domini Leopoldi præfati Ducis Auſtrie, & eſt ſepulta in Chüngesvelde.*

Anno Domini MCCCXLIII. 19. *Kalendas Januarii obiit Domina Anna, filia prædicti Domini Friderici Regis Romanorum, Comitiſſa de Görtz, quæ poſt obitum mariti ſui intravit ordinem ſancte Clare in Wienna, & electa erat in Abbatiſſam, & ibidem eſt ſepulta.*

Anno Domini MCCCXLIIII. *IIII. Ydus Auguſti obiit Dux Leopoldus, juvenis filius prædicti Domini Ott Ducis Auſtr. & eſt ſepultus cum patre in Novo Monte.*

Anno Domini MCCCXLIIII. *III. Ydus Decembris obiit Fridericus, Juvenis Frater prædicti Ducis Leupoldi, & eſt ſepultus cum patre & fratre in Novo Monte.*

Recentior manus addidit:

*Item Rudolfus Rom. Rex habuit pro* (conjuge) *Dominam Annam Comit. de Hochenburg, & Haigeloch, qui coronatus fuit in Regem. Ipſa* (Viennæ) *obiit anno Domini MCCLXXXI, & ſepulta eſt Baſileæ. Dein idem Rudolf duxit Do. Agnetem Comitiſſam Burgundie,* (quæ adhuc vidua Rheinfeldæ erat Ao. 1308, teſte Fuggeri ſpeculo honorum pag. 245. *Habuit tres filios, & quatuor filias, Jutham Regi*

*Boemie tradidit, Annam Duci Saxoniæ, Mechtildem Lud. Palat. Rheni, & unam* (Euphemiam) *ſancto velamine tradidit Ordini S. Claræ* (S. Dominici) *&c. Item unam Carolo 2do, dicto Claudo, Regi Siciliæ, Clementiam nomine.*

NB. Sciendum in vetuſtiſſimis Auſtriæ Calendariis MSS. & Necrologiis, qualia ſunt Eccleſiæ S. Stephani, & P.P. Minorum Conventualium ad S. Crucem Viennæ, Canonicorum Regularium ad S. Hyppolitum, Eccleſiæ Parochialis in oppido S. Bertholdi, memoriam B. V. Margarithæ ad IV. Idus Julii notari. Ita P. Steyerer S. J. in Addit. ad vitam Alberti II. Ducis Auſtriæ col. 279.

## PARTE IV.

### *addenda, vel emendanda.*

Pag. 39. poſt lineam 13. incipe!

N. 24. Armamentarium Cæſareum, cui armorum copia, & inſtructionis elegantia, nullum in orbe par.

Quoniam ad hoc non omnibus, nec ſemper acceſſus patet, ad ejus loci inſcriptionum notitiam, vel capiendam, vel repetendam, monimenta ibidem poſita hic depromo.

In ſiniſtra areæ parte ſupra portam majorem legitur: 1569, annus nempe, quo ædificata

ficata eſt prima hæc armamentarii pars, quod antehac, teſte typo urbis Hirsfogliano, erat in der Stallburg, usque dum ibidem palatium pro Rege Maximiliano anno 1559. ſtrueretur.

In dextra areæ ampliſſimæ parte, ſupra portam, quæ ducit ad gradus, inſcriptum:

*Regnante Leopoldo Cæſare.*

*Raim. Com. Montecuccoli dn. in Hoheneck & Oſterb. Eques aur. vell. S. C. M. Conſil. int. Mar. Rei armamentariæ in S. C. M. Reg. & Prov. Supr. Præf. Col. & Conf. Jau. Generalis partem hanc Armamentarii ex fundament. erexit*

*Anno MDCLXXII.*

In prima armamentarii contignatione ſequens cernitur epigraphe:

JOSEPHUS WENCESLAUS S. R. I. PRINCEPS DE LIECHTENSTEIN AUREI VELLERIS EQUES S. C. M. CONSIL. INT. SUPREMUS ARMAMENTARII PRÆFECTUS PANOPLIAM MARTIS, AUSTRIÆ DEFENDENDÆ APPOSITAM, HOSTIBUSQUE OPPOSITAM, ORNAVIT, ET ORDINAVIT.

Alio in loco Illuſtris Spergeſius inſcripſit:

I.

HUC ADES HOSPES!

SI ANIMUM INIMICUM GERIS; EXPAVESCE HUNC

 BELLI

BELLI APPARATUM! SI AMICUM; GRATULARE TIBI, ET CIVIBUS HOC PACIS TUTAMENTUM!

BENEFICIUM AGNOSCE

MARIÆ THERESIÆ P. F. AUG. CASTRORUM MATRIS, QUÆ TOT BELLIS ATROCISSIMIS IMPETITA, ARMAMENTARIUM NON EXHAUSIT, SED AUXIT, IN HANC FORMAM REDEGIT, TROPÆISQUE ORNAVIT.

II.

QUID NON EXPECTEMUS
AB IMP. CÆS. JOSEPHO II. P. F. AUG. EXERCITUUM PATRE,
QUI BELLICARUM ARTIUM CULTU ET EXERCITATIONE,
PUB. SECURITATI PROSPICIT, MAXIMISQUE REBUS PRÆLUDIT.
JAM QUI MIRARIS HAC IN ÆDE ARMORUM TERROREM ELEGANTIA TEMPERATUM,
SIGNA INTUERE, ET SPOLIA HOSTIBUS DETRACTA, ET DISCE:
NON IMPARATUM, NON IMPUNE LACESSIRI
MARTEM AUSTRIACUM.

III.

CIVIUM SECURITATI, HOSTIUM TERRORI
HÆC MARTIS AUSTRIACI ÆDES
AB INCLYTO PRINCIPE JOS. WENCES. DE LIECHTENSTEIN
SUMMO UNIVERSÆ REI TORMENTARIÆ MODERATORE
INSTAURATA A. MDCCLXVI.

In

In aula armamentarii maxima.

Statua Imperatoris Franciſci, ſupra quam Lemma Imperatoris:

DEO ET IMPERIO.

Infra:

IMPERATORI
FRANCISCO I.
PIO FELICI AUGUSTO
GERM. ET HIERUSOLI. REGI
DUCI LOTHAR. ET BARII
MAG. DUCI HETR.
PATRI CASTRORUM
MONU. HOC SECUM IPSO
DICAT DEDICAT DEVOVET
REI TORMENTARIÆ PRÆF.
JOSEPH. WENCES. PRINC.
DE LICHTENSTEIN
M. D. C. C. LX.

Statua Imperatricis Mariæ Thereſiæ, ſupra quam Lemma Imperatricis:

JUSTITIA ET CLEMENTIA.

Infra:

IMPERATRICI
MARIÆ THERESIÆ
PIÆ FELICI AUGUSTÆ

GERMANIÆ HUNGARIÆ
BOHEMIÆ REGINÆ
ARCHID. AUSTRIÆ
MATRI CASTRORUM
MONU. HOC SECUM IPSO
DICAT DEDICAT DEVOVET
REI TORMENTARIÆ PRÆF.
JOSEPH. WENCES. PRINC.
DE LICHTENSTEIN
M. D. C. C. LX.

E regione

Statua Inclyti Herois Joſ. Wenc. Pr. à Lichtenſtein, cui aureis item literis ſubſcriptum:

IMP. FRANCISCUS & M. THERESIA
PII FELICES AUGG. PATRES
PATRIÆ
SCIENTIARUM ARTIUMQ. FAUTORES
JUSTI MERITORUM ARBITRI
VIRI TOGA ET SAGO ÆQUE MAGNI
JOSEPHI WENCESLAI
S. R. I. PRINCIPIS DE LICHTEN-
STEIN
OPPAVIÆ ET CARNOVIÆ DUCIS
IN SILESIA.
AUR. VELL. EQ.

S. S.

S.S. CÆS. MAJESTATUM CONSILIAR.
ACT. INT.
CASTRORUM TRIBUNI.
SUPREMI UTRIUSQ REI ARMA-
MENT. MODERAT.
LEGION. DIMACHAR. PRÆF.
VIRTUTI. RELIGIONI. FIDELITATI
PATRIÆ AMORI
AC IN REI ARMAMENT. INVENTIS.
RESTAURANDIS. PROMOVEND.
AUGENDISQ.
INDUSTRIÆ INDEFESSOQ. LABORI
HOC MONUMENTUM PUBLICUM
PONI JUSSERUNT.
Nempe anno 1757.

Pag. 47. poſt lin. 6tam incipe!

In Gazophylacio Cæſareo infra ſtatuam Imperatoris legitur:

FRANCISCUS. LOTHARING. IMP. P. F.
AUG.
AMPLIATO. NUM. THESAURO. APOL-
LO. MON.

**Infra ſtatuam Imperatricis:**

MAR. THERESIA. AUSTR. REG. AUG.
ANTIQUIT. HONORE. RESTITUTO. JU-
NO. MON.

Aliam ibidem inſcriptionem, Hiſtoriæ gentis Habſpurgicæ apprime ſervientem, ſequens Viri doctiſſimi explanatio dabit:

Inſcriptio Cornu Habſpurgici.

*Notum ſit omnibus Cornu iſtud aſpicientibus, quod Comes Albertus Alſatienſis, Landgravius de Hapisperc natus, ſacris reliquiis Cornu iſtud ditavit. Hæc acta ſunt anno M. C. XC. VIIII.*

Dieſes Horn, welches in der Kaiſerlichen Schatzkammer zu finden, iſt von Helfenbein ſchön gedrehet, und etwa 3 Viertel Elen in die Krümme lang. Es hat viel gedrehte façonirte Reiffe, und oben an dem Rande allerhand Figuren, ſo aber in ſich nichts bedeuten.

Dieſe beſagte Schrift, welche in der Mitte ſtehet, iſt von dieſer Zeit, welche die Jahrzahl beſaget; dann dergleichen Schrift iſt mir öfters vorgekommen.

Es dienete zum Krieg, und ware eines von denen ſo genannten Harſchhörnern (ab Harſch, germanis hodie das Heer, oder der Krieg,) welcher Hörner man ſich bedienet, ehe die Trummel und Paucken aufgekommen.

Man findet Nachricht von dergleichen Hörnern in Turpini Hiſtoria Caroli M. bey Bongarſio in geſtis Dei per Francos, in den ſogenannten Heldenbuch, in der Limburgiſchen,

ſowohl

ſowohl geſchrieben als gedruckten Chronik, bey dem Taſſo in ſeiner Geruſalemme liberata, bey Pere Daniel, de la Milice de France, und bey vielen anderen. Der ſogenannte Stier von Uri, führte noch vor weniger Zeit wegen Uri in Krieg dergleichen Horn. Wie dann die von Uri dergleichen auch in der bekannten Sempacher Schlacht geführet haben.

Andere dergleichen Hörner waren zum trinken, andere in uralten Zeiten zur Kirche, um die Leute zuſammen zu ruffen, andere bey Feuers-Gefahr, andere um die Uhr anzuzeigen, und dergleichen.

Sonſten muß ich dieſes Stück faſt als das älteſte Monument in ſeiner Art, von dem alten gräflichen Haus Habſpurg anſehen. Aeltere Briefe und Siegel hat man wohl, aber keine ältere Inſcriptiones.

Man bemerket ſonſten daraus, daß mehr hocherwehnter Graf Albrecht, der erſte Landgraf in dem obern Elſas geweſen, weil man dazugeſetzet, de Habisperc natus, welches bey denen Nachkommen weggeblieben, zur klaren Anzeige, daß dieſe Würde bey Ihm zu erſt und etwas neues geweſen.

Das Wort Comes *ſtehet voraus*, weil ein Landgraf damals ſo wenig, *als hernach* ein Fürſt wäre, wann Ihn der Kaiſer nicht in das beſondere darzu gemacht.

Es

Es hat zwar Pater Marquard alſchon in Genealogia Habsburgica gemuthmaſſet, daß dieſer Albertus am Erſten Landgraf geworden, allein dieſe Inſcription ſezet alles in das Licht.

Ohnfehlbar iſt erſagte Landgrafſchaft durch eine Heurath in das Haus gediehen. Dann Lehen von dem Reich ware ſie keineswegs, wie dann die wenigſte Landgrafſchaften dergleichen nicht, ſondern nur Aemter geweſen, die nach der Hand erblich und Alodial worden, als Sie die Kaiſer erſtlich lange in einer Familie gelaſſen.

Und dieſes wäre dasjenige, was ich bey Gelegenheit dieſes Horns in der Eile erinneren können. Es kann aber ein Mann, ſo die Sache verſtehet, noch viele andere Anmerkungen darbey finden.

Von Haus den 4 Jan.
1748.

de Senckenberg Reichs-Hof-Rath.

Ad ingreſſum Phyſio-Techno-Numophylacii Cæſarei, ſupra portam legitur:

NATURÆ. MIRANDA. ET. ARTIS.
QUÆ. UNA. CUM.
OMNIUM. FERE. POPULORUM. MONETIS.

D.

D. FRANCISCUS. ROM. IMP. P. F. AUG
UBIQUE. TERRARUM. CONLEGIT.
JOSEPHUS. II. &. M. THERESIA. AUGG.
PUBLICÆ. UTILITATI. &. MEMORIÆ.
PARENTIS. OPT. &. CONJUGIS. AMANTISS.
ADJECTO. VETERUM. NUM. AVITO.
THESAURO. HEIC.
SACRA. ESSE. JUSSERUNT. MDCCLXV.

Pag. 48. ſic incipe!

N. 44. Stallburg. In his ædibus tempore Ferdinandi I. erat Armamentarium Regium, A. 1559. verſum in aulam Maximiliani II. jam renuntiati Boëmiæ Regis; ſubinde ſedes diverſorum Auſtriæ Archiducum, ultimo Leopoldi Guilielmi, quo A. 1662. defuncto, & Cæſareæ aulæ novo, atque vaſtiſſimo tractu jam ſurgente, domus illa a ſtabulantibus ibidem equis Cæſareis Stallburg nomen traxit: Suprema ejus pars aſſignata Pinacothecæ, a Carolo VI. plurimum auctæ, & elegantiſſime ornatæ; quin tamen ibidem ulla inſcriptio cernatur.

Pag. 62. poſt lin. 17. incipe:

N. 60. Rauenſtein. Ibidem nunc Officina Cæſareorum armorum. Portam majorem

rem ingreſſi, à ſiniſtris ſupra januam ſcalarum cernent marmor, cui inciſum:

REGNANTE LEOPOLDO CÆSARE.
RAIM. COM. DE MONTECUCCOLI DOM. IN HOHEN. & OSTERB. EQ. AUREI VELL. S. C. M. CONSIL. INT. CAMER. CONSI. AUL. BELL. PRÆS. GEN. LOCUMTEN. CAMPI MARES. REI ARMAMENT. IN S. C. M. REGNIS & PROVINC SUPR. PRÆFECTUS & PRÆSIDII JAURINENS. SUPREM. CAPIT. DOMUM HANC ARMAMENTARIAM REÆDIFICAVIT.
ANNO
MDCLXXVII.

Sequitur N. 61. Trabanten-Straſs, nunc Himmelport-Gaſſen. In hac pone Palatium Cameræ, Domus Monetaria, in hujus conclavi, ſtatua Imperatoris, & Imperatricis, opus celeberrimi Mathiæ Donner.

Sub ſtatua Imperatricis legitur:

MARIA THERESIA
IMPERATRIX
HUNG. & BOH. REX.

Infra ſtatuam Imperatoris:

FRANCISCUS I.
IMPERATOR.
SEMPER AUGUSTUS.

Pag.

Pag. 78. poſt lin. 6. incipe: Superior inſcriptio acuratius inſpecta ſic habet:

✠ Ir ✠ Menſchen geſambt glaubt in GOtt ✠.
Unt behalt Chriſti Gebot ✠.
Des die Haiden nicht haben getan ✠.
Si baten an die Tatman bant ✠.
Die ſie ſelb habnt berait ✠.
Daruon wornt ſie wol geait ✠.
In dem Höllen=Feuer ✠.
All Freud iſt in teuer. ✠

Pag. 184. lin. 19. loco Illuſtriſſ. lege Illuſtr.

Pag. 192. lin. ultimæ adde Eliſabetham A. 1313. mortuam docent Necrol. Stambſenſe, & P. P. Minorum Viennæ; ubi ejus corpus aliquanto tempore depoſitum erat: Annum vero mortis 1314, notat Necrol. Chron. Auſtralis.

Pag. 206. ad calcem ſubjice: Extabat olim in Templo Cathedrali Neoſtadii Auſtriæ, Tabula Necrologica quatuor pedes alta, e muro pendula, ad dextram ab ara majori deſcendentibus, ſub initium navis Eccleſiæ, non procul à tumulo prolium Erneſti Ferrei, ſcripta; ut ibidem notatur, anno 1468. Incipit à Rudolpho I. deſinit in Anna, Ferdinandi I. uxore.

uxore. Quæ annum 1468. conſequuntur, à Continuatore adjecta ſunt; ut ſcriptura indicat. Vide Steyereri Præfationem in vitam Alberti II. Auſtriæ Ducis. L. c. ad finem.

Hanc ego & alii tabulam nequidquam Neoſtadii inveſtigavimus: unde mox allatum apographum eidem ſubſtitui.

NB. Sequitur ipſa Ichnographica Viennæ tabula.

## FINIS PARTIS QUARTÆ.

BIBLIOTH. UNIVERSIT. VINDOBONENSIS

UB WIEN
+AM434183700

Buchbinderei
Eduard Freudenreich
WIEN, VII.
Mariahilferstraße 4.